Aliū prophetam minorē quadā scripturarum īterpretatione fulgētē ac quadā diuinitatis authoritate respōsa proferentem quam mortaliū aīas ad terrā delapsas: sue subijciet dictiōi prodigiosa: hec constellatio nasciturū protendit: nam astrologi prophetas minores appellare solent qui mutationem aliquam in lege faciunt: aut nouas cerimonias inducunt: diuinasque sciētias et authoritates studiosis interpretationibus exponentes quorum sentētie tanquam diuina quedam iudicia et documenta ab hominibus approbātur: verum tales alios pseudo vt Machometum: alios veridicos esse contingit quales diuinum Franciscum et sanctū Dominicum fuisse constat. Qualis autem hic erit in posterum liquebit. Et quanquam conclusionem hanc confitendam esse arbitror ab omnibus qui Astrologiam calleant: vt tamen clarior parumper videatur pro eius assertione digrediar: Paulisper insignem

quasdam mutare triplicis cō iūctionis lōgo iam temporis interuallo ꝛ multis intercedē tibus annis peractas exponā. Quarū vna quidē ī aque a triplicitate āno salutis. M.ccc.lxv.in.viij.Scorpionis gradu perfecta fuit: due vero precedētes eam: atq3 t.idem due sequētes ipsam in aerea triplicitate ī gemini scilicet ꝛ aquario facte sūt. Tertia vero post ipsam q̄ fuit anno gratie. M.cccc.xxv.rursus ad aqueā triplicitatē in.xiij.scorpiōis gradu rediit.ꝛ vsq3 in presentē diē in hac triplicitate permansit. Jam itaque satis patere puto prophete natiuitatē ꝛ genitu. rani expectandam fore.

¶Surge monach⁹ quidam griseus fallax hypocrita q̄ falsis signis multos seducet ꝛ sanguinem effundet.

Capitulum.xxxij.

Dicop ī patria scorpioni subiecta nascetur ppheta: primus tamen portē tis quibusdam hac ostentis nonnullis et prodigiis in aere visis. Uerum quo in mundi parte Septentrione.s.an meridie.tā varie sunt doctissimorū hoīz tanq3 discrepātes autor sentētie vt recte sibi iuicē ꝯtrarie videātur esse Albumazar aq̄tica signa meridionalē terre plagā ostētare cēset. Cōmuni tamē autor sentētia septentrionalē significat. Quicquid tamen sic Messahala teste: gignet in regione actiuis qualitatib⁹ temperata: in qua quieta aeris moderatio caloris et rigoris mixta temperie cunctas incolas salubri vegetatione sustentat. Emigrabit idē ppheta ppriā patriā et signa faciet ī regionibus leoni atq3 aquario subiectis. Nā albumazare teste manifestabit miracula sua in Regionibus quarto aspectu significatis. Id quoq3 omnium autorū firmatum est consensu: quod et illud saluatoris nostri attestari videtur. Nullus ppheta acceptus in patria propria. Uerum quia cōiunctio ista in ascendēte ani atq3 in signo fixo perficietur non nisi post complementum reuolutionis vni⁹ proiectionem / natiuitas hec preclara expectāda erit dico itaq3 q̄ circa annum.xix. a cōiunctione prima lucis huius mūdi vestigia ppheta ingredietur. Tempus vero predi-

catiõīs eius durabit.xix. annos iuxta ānos solis minores De habitu ⁊ vestib⁹ eius. Si albumazarē sequi velim⁹ ad rubedinem ⁊ splēdorem erūt tendētes ex matre in decima et sole eius domino indicatio ne sumpta. Uerum illos imitā do qui coniunctionis figuraʒ attendendam censent ex ioue: luna ⁊ capite drachonis signi ficatione accepta erūt vestes eius ad albedinem religiosorum more decliuus. nouumq̧ religionem instituet.

Signa eius quib⁹ cognoscetur hec sūt et erūt/ notulas nigras in corpore habe/ bit/ et fustis varietatibus aut maculis ī dextro hipocōdrio iguine ⁊ femore dedecoratum corp⁹ habebit ex ꝑte fortūe in dextro celi: atq̧ in decima ab horoscopo collocata verū ascē dente vtriusq̧ effeminatione erūt ad posteriorē corporis ꝑ tē mag⁹ declinātes: aliud quoq̧ in pectore signum prefe-et ex signi parte in sexto Leonis gradu reperta. Teste formico hic propheta erit diis ⁊ demo nibus terribilis: signa multa ⁊ prodigia faciet eius quoq̧ ad uentum praui demonuʒ spiritus fugiēt taliq̧ morbo laborantes hoīes: non vi verboꝝ: sed sola sui ostensiōe liberabit ex parte tamen regni in.xi.cō iunctione. Antonio de monte vlmo autore non semper opere exequitur ea que aliis facienda suadebit nam preclaruʒ habebit īgeniū. multarūq̧ rerum sciētiam ac maximaʒ sapienti ā: in hipocrisi tamē mēdaciū sepe loquet: et cauterizatam habebit cōscientiā atq̧ scorpionis instar huius cō iunctionis ac eclipsationis de mediis martis virus. et venenū in cauda reclusum aliquo tiēs effūdet. Erit quoq̧ multi sanguinis effusiōis causa: et quia mors eius extitit significator: apparet ꝙ ɔfirmare velit chaldeoruʒ fidē. Messaha teste ꝗq̧ itaq̧ signa multa ⁊ ꝓdigia dederit iuxta tamē salutiferā christi doctrinam misericordie et a iherēdū erit imo de illis esse videtur quos christus futuros annūciauit: queadmodum in sacris litteris a saluatore nostro ꝓditū reperitur. Matthei. xxiiii. Si q̄s vobis dixerit ecce hic est christus aut illic nolite credere/ surgent enim pseudo christi ⁊ pseudo prophete ⁊ dabunt signa magna et prodigia. ita vt in errorē ducantur si fieri pos-

sit et electi. Ecce predixi vobis. Si igitur dixerint vobis/ ecce in deserto est nolite exire ecce in penetralibus est nolite credere: hic est domin' noster Jesus christus.

¶ Surget ali⁹ quasi quidam Antichrist⁹ qui falsitate signorum et doctrine ecclesie p̄latos et principes seducet.

Capitulum. xxiij.



Ost hec alius propheta surget in terra leonis: et in Romana curia predicabit mirabilia. Apparebit sanctus ꝛ timoris: sub specie sanctitatis vitam christianam examinare faciet multos et comburet igne. In corde suo habebit spiritū malignum radicatum qui eū sub quadam hypocrisi ad summū pontificem ducet licentiam rogitando. Episcopus ac prelatos ac principes sanctitate ficta decipiet: et ad errorem magnū deducet. Etiam sapiētissimos errare faciet: multiqꝫ famosi viri in Italia: in Lōgobardia: in alta alemania decipientur. Hic vir erit maior in populo q̄ vnqꝫ aliquis a principio ecclesie honoratus fuit: et vocitabit antichristus mixtus in populo: pontifices ip̄m honorabūt: sed turpiter interficietur ꝛ homines ad scandalum ducētur. O si scirent viri euangelice ecclesiarum rectores huius viri aduentum quomodo pugnarēt aduersus eū: et quantam paterentur persecutionem placarent dominum/ quoniam flagelluꝫ furoris domini in filios pestilentes erit: clamarēt vtiqꝫ ꝛ cognoscerēt creatorem: clamabit xer⁹ papa ꝛ fiet restauratio noua bona ecclesia post illaꝫ. Et ideo si ecclesia debeat renouari: oportet vt destruatur per hunc prophetam que dissoluta sunt et in peccatis prohibentur.

¶ Narratur futura quedam rite reformatio iter Christianos in imitatione vestium.

Capitulum. xxxiiij.



Ade quidā seruus noīe thelesphorus ꝑ presbytero in libro ꝓphetiaꝝ quē scripsit Antonius theodorus tēpore q̄ erat

dux lanne in quo libro speciali continētur omnia que futura sūt de regimine ecclesie ꝛ qualiter debeat renouari sicut deꝰ longo tēpoꝛe reuelauit seruo suo Joachin abbati et sancto cirillo epyscopo supꝛa argenteam tabulaꝫ per angelū dei ipsis delatam: in qua per oꝛdineꝫ scripta erāt facta ecclesie vsqꝫ in finem.

¶ Imperatoꝛ romanam armata manu ingrediens graues persecutiões in clerum exercebit.

Capitulum. xxxv.



Continentur insuper in eodem libro Cirilli q̄d anteq̄ ecclesia renouetur: deus pmittet vocante papatu oriri maxima scismata inter imperatorē alemānū qui de sua cōfisus potētia intēdet oꝛdinare ac ꝯstituere papā: et romanos ac italos q̄ resistere conabunt aquile grādi: que aquila furoꝛe incensa non solū alemāno: sed de omni gñre gentes pessimas quas poterit associabit ad suum exercitū armata manu intrabit Romam: omnes ecclesie prelatos heu religiosos et ciues capiet ꝛ trucidabit ꝛ multos interimet varijs supplicijs. Unde facient abradi coronas suas: alii dabūt fugā ad siluas et montes. ¶ Tandem extirpatis et eradicatis vepꝛibus et spinis maloꝛum hominum veniet vir sāctus placabit ipam aquilam cum ecclesia.

¶ Uir quidā sanctus in papa consecrabitur: qui totam ecclesiam breui tēpoꝛe mirabilit reformabit. Deinde tres alij surgēt scti viri q̄ ꝯfirmabūt dicta eius ꝛ totā ecclesiā reformabūt. Cap. xxxvi.

Depost exurget quidam vir solitarius magna sāctitate perspicuus: sicut Joachin in lib. cōcoꝛdie dicit. Uir magna sanctitate in Romana sede sublimatus vt apostolicus per illum faciet deus tāta miracula ꝙ oīs homo reuerebitur illuꝫ: nec quisq̄ audebit contrarie suis cōstitutionibus. Damnabit plura beneficia ac redditꝰ ei statuet clericos vt viuāt de decimis ꝛ oblationibus. Interdicet pompas

vestium omnia ihonesta: choreas cantilenas. Et vt mulieres honestissime incedāt sine auro ⁊ gemmis ⁊ mādabit predicare euāgelia. Stabit in papatu longo tempore: hic vir sanctissim⁹ feliciter migrabit ad dominum.

Subsequenter confestim deus suscitabit alios tres viros sanctissimos: vnuz post alium in virtutibus ⁊ miraculis consimiles: qui facta et dicta antecessoris confirmant. Sub quoruz regimine status ecclesie recrescet. Et hi appellabuntur pastores angelici.

¶ Tertius liber de statu Vulgi.

Restat nunc de tertio vt de vulgi statu aliqua dicantur: heu multe nanq̃ inter priuatos homines rixe: et contentiones erunt interfectiones: accusationes: vincula: carceres: dānationes: odia: ac seditionum turbulenta certamina veterū q̃ causaruz sopitas excitabūt simultates: varia quoq̃ funeste calamitatis discrimina patietur. que tamen in diuersis varietatem recipiēt: iuxta climatum differentias.

¶ Varias esse ex vulgo seditiones monendas in Ungaria: Bohemia: bauaria: in quibus multi inopinatis mortib⁹ p̱ibūt.

Capitulum i.

Isti principatus erūt inquieti ⁊ turbulēti inimicissimi pacis ⁊ quietis clamosis et funerosis contentionib⁹ plebis animos in flāmantes: Intestina ac domestica furiosa mētis cupiditate semp desiderabūt. plurimū tamē illorū mala morte peūtes vite munus implebūt ac fulminis ictu repētino mortis opprimētur occasu: aut equi calcitrantis impetu. aut equo deiecti miseria corporis iactura morientur. Aut scopulis periclitati: aut mari fluminibusve submersi pibunt aut alteri⁹ nouelle ⁊ inaudite repētine mortis patiētur exitum nonnullis orbitatē hec monstruosa ecclipsis atq̃ coniunctio iudicet.

¶ Status Allatiorū: Sirenoꝝ. Gallicoruz: Lim

brorum discribitur.

Capitulum.ij.

Plures habebunt aduersarios quos tamen oēs videbūt vario discrimine oppressos: et circa venereos cultus incontinentes erunt: rixabunt mulieres cum viris suis et econuerso difficilles habebunt nuptias in honestas et indecentes: aut enim degenerem viduam: aut adulteram cognitam: aut sterillem: aut graui feditate deformem: aut publice meretrices videbuntur in illis partibus: aut apostata tam sacerdotem: vel religiosum accipiēt mulieres ibidem: aut vir ag:nem thori copulatione associabit: ⁊ inter cōiugatos maligne tubationes videbuntur.

Status vrbium Romani imperij enarratur.

Capitulum.iij.

Tremulli erunt corde trepidantibus vestigijs imminentium culminum metuēt ruinas: in artis tñ ferocitatem persentient maxime qui .xij. gradum signatorem habuerint viui plurimi ex eis exurētur: vel aquis mergentur: aut patibulis suspendentur. A seruis et ancillulis eorum mala percipient inaudita: substantiam amittentes.

Fraconie. Nigresilue et Rhenane terre describitur.

Capitulum.iiij.

Illis partibus euenient glorie insignia ac tripudia: ipsis aduenient substantia magna. Eruntq; proni ad bella: appodiabuntur: fortiores ac animosiores erunt ceteris ad tēpus: de post amittent plura et ipsarum dominia: aut ex dignitate officijs et amministrationibus cū honoris iactura depenentur: et multi his terris casum ab alto sentient et precipitium.

Moselle terre ⁊ Treuerorum futurus status predicitur.

Capitulum.v.

Multarum scientiarum secreta inuestigatione assidua perquirentes: subtiliq; artificio pollentes in istis locis Sed multi dignitatis iacturam patientur: ⁊ eorum dominia siue prelationes si habuerint amittent. Et si malignos

aliquos homines omnis nego cia prospero euentu complere faciet. Tandem tamen in pre cipitium et male mortis exitium dabit nisi claris aliquibus stellis regali maiestatis radiatione prefulgidis protecti fuerint.

¶ Francie: Picardie: et vicinarum terrarum euẽtus narrantur.

Capitulum. vi.

Cum miseris calamitatibus mortis patientur incommoda fient imbecilles ꝛ debiles epistilenci quoqꝫ caduce men tis vitio laborantes: absconsi laboris tormenta patientur/ multi paralytici: multi leprosi: exulcerata macularum labe possessi: acerbos oculorum labores et dolores indicant: cum morte turpissima multi peribunt.

¶ Saxone: Hasie: Thuringie stat⁹ describitur.

Capitulum. vij.

Multos miseros ac pauperes faciet presẽs cõstellatio assidua Dãnorum incursiõe: misero paupertatis onere ac egestate grauatos: laboriosis semper cõuersationibus attritos: vt sic tempora longua pannis male pendentibus quasi nudi incedant. Et ipsa lucra in his partibus cuꝫ maximis laboribus et periculis deferentur: et aquis aut naufragiis misera periculorũ discrimina patientur: et miseras mortes. Turbulentis etiã seditionibus populum exagitabunt ac latrocinantem manũ sanguinis profusione cruẽtabunt: et impatientes multum erunt.

¶ Predicta constellatio quid mulieribus pregnãtibus portendat.

Capitulum. viij.



Auditores pre colendi: ne tedium ingeram aurib⁹ vestris protractione sermonis quam congruuꝫ duxi: vertere etiam stilum meuꝫ ad illas a quibus totum sola tium virorum totiꝫ gaudium cõuiuantium: totum ve ornamentum domorum: quas quasi stellas preclarissimas ĩ maioribus gaudiis fulgentibus aspectulis dñs adornauit: pro illis iter cedere tenemur: vt al

mipotēs velit aduertere indignationē suā ab ipsis. Hec inquā seua ꝯstellatio pregnantibus ac parturientibus flebiles casus abortus iudicet: ꝛ infantium et ēbrionū decernit maxima discrimina: difficiles partus ac laboriosos presagit: cum magno clamore ac sūmo dolore puerpere partus edi faciet: variosqꝫ lugubres infortuniorū casus ac funeste calamitatis incommoda: pauperis ac natis ille malignus Saturnus incidit. Aliis mater in ipso partu constituta nondū enixa morietur. Alii nōdum corporis formatione cōpleta in maternis visceribus premorientur. Aliis vero lugubrē infortunii ac flebilem demonstrat casū: vt impedimēto partu intra matris viscera laniatis mēbris dissipantur: vt sic artuatis visceribus miseris lacerationibus mēbra o a crudelis artificii chirurgici presidio proferantur. Alium in primis vite cunabulis cōstitutum inter initia vagientis infantie fugientis anime deseret vita. Alter puer adhuc iā pubescētis etatis mortis repentino casu subtrahet: multaqꝫ ꝛ alia huiusmodi periculorū discrimina ꝛ calamitates puerperis ꝛ nouiter natis saturni vitio expectāda erūt.

¶ Constellatio hec multas natiōes ad monstrosas libidines puocabit.

Capitulum. ix.

Et notandum qꝫ hec seua cōstellatio quintam domum ab horoscopo que voluptatum est contaminat: consueta desideria et natura inditas et innatas voluptates peruertet: turpiumqꝫ libidinum maligno fomite ac nefaria mentis cupiditate omnicum intēperantia attētos cultores ꝛ studiosos efficiet petulantes: lasciuos/ prauisqꝫ semper desideriis ac vitiosis voluptatibus implicatos: vino et epulis crapulosa saturitate deditos: ꝛ circa venereos actus illecebri amoris incēdio īpuros: sordidos: fetidos ꝛ impudicos. O quot prepostere libidinis instinctu puerorū amoribus et amplexibus absorptos faciet Ytalos/ quot itidem Gallicos: quot impudici amoris vitia sustinentes: cum effeminati corporis molicie impuros ꝛ sordidos faciet ex

nedos quot absconsa et loca sordida sectātes ipudicos faciet ganeas quot turpium libidinum questu miseros faciet lenões quot illiciti amoris cupiditate accēsos solicitus faciet adultores: quot incestu furoris ardore possessos sacrilegos faciet incestuosos: nūc fornicationes. tunc stupra. tunc adulteria. tunc incestus. tunc nepharias animi cupiditates quos amor impulsus exagitat incestu libidinis desiderio grauiter feditate explebūt vicijs plurimum incumbentes: et in brutorum amorem vitam ducentes.

¶ Religiose persone ex hac constellatione in turpem venerem soluētur.

Capitulum. x.

Mulieres quoqꝫ ex venere in quinta collocata molles delicatas voluptuosas efficit. Instar sardanapoli epicuream vitam ducētes: difficlimumqꝫ erit ad continētiam et frugalitatem eas traduci: sed postrato corpore venundato pudore ad omnez libidinem exequēdam paratas prōptas immo solicitas reddet. Ex quo etiam laudem et gloriam preteritarumqꝫ insignia ꝛ honorem populari iudicio cōsequentur. Ad idem quoqꝫ impuritatis vitium ex marte in tertia sacras quidez virgines ꝛ religiosas cōpellet. que corpus suum lenonicio pulchritudinis excollētes odoribus vnguentis aromatibus luxuriosa cupiditate erunt intente. Sicqꝫ pudicitie castitate post habita omnis ipuritas vitia substinebunt.

¶ Predicta posse fieri naturali ratione probātur.

Capitulum. xi.

Omnium enim operationum naturalium animalium ꝛ vitalium principia sunt virtutes a corporibus dependētes. dicēte auicen. Omnis enim virtus operationis existit principium. neqꝫ aliqua operatio prouenit: nisi ex virtute postea subiungit: vitalis virtus est que spirituz esse cōseruat qui sensus est motus vehiculū existit et ipsum reddit aptū ad ipsarū impressiones recipiendū cū ad cerebrū peruenit. Et facit ipsum potentē dandi vitam vbicumqꝫ expāditur. Et huius quidem virtutis ꝛ opationis ei⁹ sedes prox

sus est cor. Corde ergo existē-te principio ad alterata/in ipso alterabuntur singula depēdentia ab alteratis ꝛ cum omni virtutum instrumentū sit spiritus in corde genitus. cuius potentia in singulis membris et organis iuxta sui proprietatem fiunt operationes necesse ipso spiritu alterato alterari:ꝛ diuersificari operationes ab ipsis spiritibus prouenientes. Cuius simile dicit. Auicenna canone.iij.c.de melācholia. Nam spiritus animalis continuus est spiritui vitali:ꝛ ex substantia ipsi⁹: quare cōplexione eius corrupta corrumpit ꝛ complexionem cerebri: et communicat ei melancholiam. Sic ergo spiritibus corporis mutatis secūdum ꝙ sunt alteratio oritur discrasia et inde egritudo mortalis vel salubris currens cursu sui astri determinantis ei' acuitatem ꝛ motum. Unde in quibusdam pestilētijs cretica determinatio pestilentie in quarta determinabatur. Alterantur vero spiritus illi ex aere inspirato necessario pro cordis et suorum spirituum euentatione dicēte Auicen. Aer est elementum nostrorum corporuꝫ ꝛ spirituū ꝛ propter hoc ꝙ est elemētum:est etiam euētatio nostris aduenientis spiritibus. et est causa meliorationis eorum non tantū vel elementū: sed vt faciēs. Quare cuꝫ aer sit commixtus subtilissim⁹ substātijs virtute celesti minutis tanꝗ vi seminali astrorūꝫ spiritibus commiscentur: et eos alterant eisꝗ īcorporātur ꝛ dilatatur eorum virtus:ꝛ operātur operationes suoruꝫ astrorum in predispositis ad hoc:sicut operantur semina suis virtutibus. De hac via alterationis loquitur Auicen.canone. iiij.de febre pestilētiali in hūc modum Et quando virtutes agentes celestes et terrestres patientes faciūt humiditatē aeri expelluntur fumi ꝛ vapores ad ipsum dispergūtur et putrefiunt cum caliditate debili:ꝛ aer in hunc modum infectus veniēs ad cor corrumpit complexionem spirit⁹ qui est in ipso. Et principium horum omnium ex formis celi est que faciunt necessarium esse illud Constat itaꝗ ex dictis ꝙ tēporibus aduenientib⁹ in quibus magne virtutis applicationes astrorum fiunt: cuius signuꝫ in celo ꝛ aere apparet magne sequuntur alteratiōes aeris et aliorū elementorum.

¶ Celestiũ influxus multis pone annis durare pbatur.

Capitulum .xij.



Angli quoqz tempore postastrorum configurationes et ecclipsationum apparitiones ipsis oĩno cessãtib' effect' continuari ac fortificari cõsueuerũt. Quã vt pmittitur in animalibus oĩm operationũ fundamẽtũ est ex corde ⁊ suis spiritib' tãq ex pricipio: ad quorũ impetuosã alterationẽ: vt dictũ est oĩs spũs virtutũ alterant. Alterati sunt ergo spũs gigniti ad similitudinẽ ppriefarũ ꝟtutũ celestiũ: vnde gñabit indiuiduũ radicit' ĩ se habẽs proprietates influx' celestis tãq naturam sibi inditã. Et talis cõsequẽter fit processus in successoribus secundũ fortitudinẽ ⁊ aptitudinẽ cõfigurationis astrorũ. Cognitio etiam aĩalis fortis alterationes alterare habet fetum nullo alio nobis cognitio ĩteruenĩẽti. Quod considerabat Jacob non recepturus pro sua mercede de gregibus ouium soceri Laban nisi varias ⁊ sperso vellere. Geñ. xxx. Ponebat ergo ꝟgas populeas ⁊ ex parte decorticauit in canalib' ante te oculos arietum ⁊ ouiũ vt in earum cõtẽplatione conciperent. Factumqz est vt parerent maculosa ⁊ varia ⁊ diuerso colore dispersa. Idẽ etiam attestat auicen. Cañ. j. Señ. ij dicens. Et est etiam cum corpus patitur propter affectiones animales plerunqz imprimunt naturales dispositiões. quare accidit vt puer ei simuletur: cuius formã ymaginata fuit mater cum fuit cõceptus. Et vt sit eius color propinquus colori eius quem vidit cũ fuit casus spermatis. Quare in pecibus existẽtib' in vulgo ⁊ ymaginationib' ⁊ estimationibus diuersis spiritibus etiã sanguinis alterati ingenerabũtur indiuidua participãtia in similibus tanqz in naturis proprijs. Hac via crescũt consuetudines ⁊ mores: oriuntur leges, continuantur secte. Simili quoqz modo consuetudines ⁊ proprietates regionales orto durant. Illis enim cõtinuantur ⁊ perficiuntur effectus et significatiões omniũ applicationũ astrorũ: donec ad finem periodi in astris prefigurare iuxta pprietatẽ suaz

peruenia͞t. Aut donec altera applicatio i͞ multatiua aut de structiua rerum dictarum su‑ perueniat atq͞ periodus per co͞stellatione͞ prefigurata co͞ pleatur / vnde effectus tales longissimo tempore co͞tinua ri possunt vt apparet in mul‑ tis sectis. Talia ergo eueni‑ re non est supstitiosu͞ credere Nam maior coniunctio fuit i͞ scorpio͞e sub ymagine eridia ni ꝛ nouam sectam inuenerു͞t heresiarche bohemoru͞. Vvi‑ cleff. Hiero. Husso. ꝛ Rocken‑ zana. Sed prese͞s sub ymagi‑ ne terribili iuce nisi p͞qua͞ ro‑ manam ecclesiaz intelligim⁹ heu passuram cum clero innu merabili De post aduenie͞t vna de aquario per quaz romanu͞ imperium cessabit sub ymagi ne alpheras ꝛ de post i͞ yma‑ gine aquile per qua͞ imperiu͞ scidetur in. x. partes. Alia ve niet co͞iu͞ctio in libra sub qua nascet ex tribu Dan puer qui faciet multa mala Omni er‑ go rei facte periodus statu‑ ta est q͞uis plurimi legislato res statuto ꝛ regnorum per‑ petuitatem intendant: sed ce‑ lum illud non patitur.

¶ De dispositione anno ne predictoꝝ tempoꝝ

Capitulum. xiii.



Abumazar nanq͞ tracta: vi. differentia viii. ex eleuati‑ one Saturni supra Jouem frugus infert destructio͞ne͞ p͞ aeris nimia siccitate: et pau‑ ca humiditate. Sed vt ipse Antoni⁹ ca. x. ꝛ Haly testant͞ cu͞ Mars fuerit co͞iu͞ctio͞is di spositor multas pluuias cuz da͞no denu͞ciat. Et q͞b⁹ sibi i͞‑ uice͞ aduersantib⁹ equa pon‑ deratio͞e ac debita co͞mixtio‑ nis ratione abita aeris te͞pe ramentu͞ in passiuis qualita‑ tibus i͞ferri forte licebit. Ego autem dico talem signatores temperentiam fieri no͞ posse vtriq͞ nanq͞ domum inferet ex signatorꝫ malitia: dico er go q͞ aeris qualitati da͞no se erunt taz siccitate superflua tam humiditate exuberante. Erunt nanq͞ pluuie multe in temporib⁹ no͞ opportunis et cessabunt atq͞ deficient cum vtiles forent. Martis nanq͞ humiditas ad germinanduz minime est conueme͞s: immo impetuosa suffocatiua. Jm‑ bres namq͞ p͞duxit nymbos: procellas / turbines / te͞pesta

tes nociuas floribus et arboribus herbis et frugibus: Sed Jouis et Veneris maxime amicabili humiditate vegetabilia aluntur / augescunt / pubescunt / et maturitatem assequuntur. His itaque atque aliis pluri mis testimoniis facile inferri poterit frumentarie rei penuria. Martis etiam vitio ab armigeris annona intercipit. Saturni quoque radio ascedente anno sitienti. aliis male disponetur: aliis fraudulenta cupitate subtrahetur decreuit etiam ventos pestiferos inducentes morbos terras vitiantes et steriles reddentes. naues impedientes et durabunt tempora longa hec mala.

¶ Climata quedam infecta specialiter designantur loco et tempore sub multis notulis subiectis Capitulum. xiiii.

Uod quidam iuscii dicunt: quod constellatio solum agit vniuersaliter et non particulariter. Quibus dictum philosophi est respondendum quod vniuersalia non existunt nisi in particularibus: et destructis particularibus vniuersalia non existeret. Iudex astrorum potest particularisare sua iudicia secundum modum et sententiam Haly Ptolomei dicentium. Signum ascendentis alicuius ordinationis siue inthronisationis principis vel climatis iudicat fortitudinem vel debilitatem principis vel subditorum eius vel terre.

¶ Anno domini. M.cccc.xcij. et M.cccc.xciii commestabilia erunt incompetenti et bono precio in Alemannia superiori et in Francia / Anglia / Gallia timore mortis ambulabunt gentes annis istis de locis ad loca: et magnates patient altercationes magnas in terra meridionali. In occidente vero multa damna inferentur hominibus. Iudei multum fortunentur et exaltentur. Thurci armabunt se aduersus legem Israel. Lites et bella excitabuntur. Ciues in vrbibus tremebunt tremore magno mors magnatum superueniet et tristabuntur magnates. Noua mala a laicis leoni subiectis exurgent: quia Juppiter opponit se Saturno in domo regia: et ille pestifer intrabit domum Martis principis animalium: et leoniste patient. Et illa mala iterum reueniet anno. M.

cccc.xxi. M.ccccc.xxiii. quia solbis eclipsabitur: et luna ter istis annis. Anno domini. m. cccc. xciiii. et. M. cccc. xcv. veniet fames: Quis bene incipit et annus in initio in parte septētrionali. In aquis omnia chara erunt: vestimenta boni precij: aer turbulētus: multe pluuie. In occidente plurima mala multa cum sāguinis effusione. Uidebunt mala multa inter spirituales. Exurgēt insidie: cōtrouersie: pecora in bono foro. Tonitrua et coruscationes videbūtur in septētrione. Datia / Westphalia / Frisia cum Saxonibus septētrionalibus patientur controuersias: et mulieres clamabūt i celū vidētes angustias plurimas et maritorum interitū. Pisces morientur in aquis: Sed terra meridiana stabit cōpetēter cum terra orētali. Depost Anno Millesimo. cccc. Nonagesimo sexto. et millesimo. cccc. nonagesimo septimo ille pestifer Saturnus Polorum / Bohemorum / Ungarorum Regna cum adiacentibus Dominatija: lana erit chara: oues morientur et pecora metallum charum cum ferro: surgent armati ad Pugnandum omnis malicia armatorum excogitabitur: omnes ferrarij fabrica scientes: ac martialia exercentes Florebunt: multi lupi faciētibus damna animalibus tam Hominibus: aduenient latrones: fures: homicide videbūtur inferre plura damno et effusio sāguinis in Oriente. Et quasi nulla fides in orēte percipietur: sed i Occidētali parte fertilitas magna et equi chari erunt propter lites in eadem terra: et spirituales quasi castigati ambulant hinc inde. status laycorum exultabit.

¶ Anno domini Millesimo: cccc. nonagesimo octauo. millesimo. cccc. nonagesimo nono et Millesimo. CCCCC. vēiet sceptrū malicie ad thuringos: Hassones: Saxones: Francones. et ad circa iacentes caristiam sentient: partes iste cum pluuia magna durās estatis tempore tempora lōga. Inter cognatos exurgēt bella magna et inaudita tam in clero q̄ in populo altercatio magna: animalia chara: oues et boues morientur. Siligo et vina patiētur de aeris frigidate: mulieres ornabūt se ad peccādum in multis locis. In partu male habebūt. Agricole vexabuntur Mar

tialibus ac suis inferioribus. Anno domini. M.ccccci. et M.ccccc ii. Urbes partium Alemannie portabũt in multis locis crucem lamentatio nis: heu pestis magna reueniet in obedientia magna Romane ecclesie videbitur ĩ vulgo. Mercatores artificesmale habebũt. Juriste legum doctores tristabũtur. Exurget noua lex nouus ordo: vetera abrogantur. In Gallia ac locis marinis bella multa: cõfidentia/societas bona/pietas in communi populo extinguetur. Diluuia venient nociua: commestibilia chara in Urbibus multis erunt et multi ciues depauperabũtur: gubernatores et magnates detrun cabũtur capitib9 propter dissuetudines: pẽnata animalia amabũtur. Et heu multa mala excogitabunt ciues in vrbibus: multa et alia noua in ala orientur eis: fluuium Reni in Alemãnia ꝛ vnus dominabitur multis.

De post Anno domini. M. ccccciii. et M.cccccciiii. in mare et in fluminibus mercamore et in fluminibus mercimonia magna erunt ꝛ alia amantia magna erunt a alia amabũtur copia fluctuum. Sed aque damnificabunt plures: pluuie multe: et porci caruerunt: aucna multa. Uina non maturare possunt propter solis carentiam: et in occidente multa mala cum caritia exurgent. Naturatum fortuna versus orientalem/et meridiem bona. Estas non bona. Fenum multum: et multi leprosi erũt et infirmi plures videbũtur circa pectoralia pati.

De post, Anno. M.ccccc.v. et ccccc vi. ꝛ M.ccccc vii veniet estus et multe aque a refiẽt ĩ riuulis et pecora morientur ĩ locis montuosis propter defectum aquarum. In multis locis incedetur terra et vret propter caloris abundantiã veniet mors ad pisces ꝛ cancros in multis locis et venefi centur. Et serpẽtium genera morientur: venient latrones ad predandum vbiqꝫ peregrinos ac fideles gradiẽtes trãs campos: et multi suspendentur fures in patibulis: multiqꝫ detrudabuntur capitib9 Diuites descendent: pauperes ascendent in diuitiis: ꝛ videbuntur multa noua in aere in Austria/Italia: et circumquaqꝫ in orientis parte. Et videbuntur multe volentes in aere dãna inferentes in multis loci. Bella multa ĩter magnates exurgent: aer inficie-

tur veneno insanabili. Incendia multa videbuntur circunquaqꝫ ac multi terrores: leoni ste patientur damna. In gemmis et metallis falsitas magna exurget.

¶ De post anno domini. Millesimo. cccc. viij. ꝛ Millesimo cccc. ix. ꝛ Millesimo. cccc. x. veniet sceptrũ discordie iterũ ad partes Reni ĩ Alemanniã virgines neglecto virginitatis flore incipient varia perficere manifeste. Heu non manu. festenda hominibus ardore luxurie erubescentes. Heu begutte moniales apostabũt in tantum Sodomitici laborabunt: q̄ nota erunt in multis locis: ꝛ ꝓfuge erunt in terris: heu artiste artifices / scriptores varia excogitantes vexabuntur et depauperabuntur multi subtiles viri heu celica illicita passionis in ventriculis mulierum exurgent: ac febrilis calor dominabitur in multis locis partium Reni et circa Maguntiam euestigio exurget tribulatio magna tã in clero q̃ in populo qualis non fuit per tempora longua. Illa arguũtur ex pestifero. Saturno intrante domum Mercurij: et ipso exeunte punget stimulo tribulationis.

¶ De post. anno. M. cccc. xi. ꝛ. M. cccc. xij. veniet tribulatio ista ad Sũt gaudium. Alsatiam: ad meridionalem plagam: in Galliam Longobardiam: Delphinatum: Hispaniam: ꝛ circunquaqꝫ Cõmestibilia erũt chara: timor magnꝰ exurget bella / lites / incendia inter coniugatos odia / rixe orientur. Mulieres triumphabunt viros visis oculis: incontinentia ardor inficiet plures Italos ac lõgobardos: quod veretur calamus meus notare: morientur multi ex fluxu sanguinis in istis locis Scandala mutabũtur in honores: praui hoĩes amabunt a magnatꝭ Hoĩes iusti ꝛ pij vexabuntur Claustraliũ religiositas ĩ multis locꝭ extinguetꝛ ꝛ erũt hoĩes sine iugo viuẽtes ꝛ oĩa vitiose exercentes. De post volabit influxus celestis ad maritima loca ad septemtrionẽ. Angliã Norvvegiam: Daciam: et ad puellos galline vbi tãta effusio sanguinis adueniet ĩter nobiles et armatos qu alis non fuit antea. Ubi interfectorialis nequitia Martis excitabit Theautonicos et alios: quos Scorpiõistas vocitamus q̃ multi ex ipsis corruent in excidium istis temporibus omnis

maliciosus amabitur tyranni ca exercens officia: et omnis dolosus promouebitur: et quasi aduersa fide homines ibidē viuere incipiēt. Heu mulieres patientur plura sinistra. Aer nebulosus infectus charistia magna: multe effusiones sanguinum. In Bauaria exurget vel a bauaris nouus. Mars inferens dampna tam hominibus q̄ ecclesiis. Illa argunatur. Scorpio participat in barta alta: multi canes rabidi ac lupi et sues videbuntur cari. In meridie fortunas varias experimentur: homines in aquis et iter nauales bella multa. Et si viri prudentes non assentient illis abusionibus veniet tribulatio magna: tam in caristia q̄ in effusiōe sanguinis: et durabunt hec mala in istis locis tempora longua.

¶ De post in Ungaria / Bohemia: Morania / ac Polonia Missia / et circumiacentes veniet tribulatio magna tunc in occidente bona fortunia videbuntur. Sed orientales parientur incommoda multa. Sceptrum totius infortunij ascendet ad eos et credo ecclesiam Pragensem cum imperio constantinopolitano illis tēporibus adduci ad matrem fideliū ratione illius tribulationis quia multi mouentur contra eos tam leones q̄ auicule ac bestie ex meridie ex septentrione: et a terra virginali eritq̄ vna noua restauratio inter Jouistas et ecclesiarum rectores.

¶ De post annis quasi quinq̄ rediet fames et frigora tempora. Hyems lōga ad Lothoringiam / Calabriam / Lutcelburg. Eyflyom / Mosellam / et ad occidentalem plagam cū pester p̄centina et pecora morientur: veniet tāta frigiditas q̄ aues mouerētur sub tectulis vel i siluis et bestie in siluis fame morientur. Aque multe tē pore estatis exurgēt inter rusticos et ignobiles vna confederatio contra nobiles et potentes: noua alia denunciātes populo que antea nō sunt audita: et multi potentes cadent de sublime. Et inter electores imperij exurget altercatio inaudita: heu ecclesie patientur clerus turbabitur i multis locis partiū regni ac occidēte principes atentabunt. Plura castra suis potestatib⁹ subijcere occulte. Heu traditio magna: nulla fides in magnatis. Exurget vnus nouus reformās plura i ecc̄lia collontēsi

Treuerēsi/ Maguntinesi post longam discordiam: sed mere būt persone ecclesiastice quia amittēt multa beneficia ꝛ con tēptabūtur ī modicis: nō vt tē pore Siluestri olim qui eccle siā ditauit hanorib⁹ ꝛ diuitiis sed vt supra patuit de ecclesia petēs cum humilitate veniā: nullam admiscuisse falsitatez. ¶ Deo post stabit Renus ꝛ ecclesiastica p̄sona ī bona pace et sceptrum discordie auferet ab eis. Eritq̄ noua reformatio: noua lex nouum regnum: honestatio cōuersatio tā ī clero q̄ in populo: et soli maritimi tristabuntur annis quinq̄ et theucer occupabit circūiacētes vltimis ānis regiminis sui in occidentis p̄te non lōge ab aurea aggripina īterficietur: ꝛ imperiū Trabesundarū per cruciferos reducet ad patrimoniū crucifixi theutonici q̄ Iouisti ac milites cruc̄ reprobabūt. Prussiam cum adiacentibus regionibus ad propria/ et Poloni: Rutheni patientur casum in substātia ac rerum amissione in terris suis. Ipseq̄ Saturnus cum Marte vexabit/ vltione diuina recalcitrantes ecclesie ac militibus suis cū arripuerit caudaz piscium ꝛ cornua arietis reuolutione prima iam facta: ꝛ merebunt theucriste cum dispersis a grege christiana ꝛ tūc recrescet ecclesia in statuz charitatis eterne. Anglici/ Britānici/ cum maritimis occidētalibus patientur in regnis eoꝝ multa discrimina et vexationes plurimas.

¶ Deo post Romani: Neapolitani ꝛ maritimi meridionales vsq̄ ad galliciam gerebūt bella multa inter se. Ibi erit fames cum lite: ꝛ vnus nouus rex turbabit plures terras: dominabitur a mare meridionali vsq̄ ad occidētale mare: cui obediūt multe bestie ac aues: Tyrannica obedientia. Urbs Romana cum presule dignissimo sedebūt in luctu ꝛ gemitu condolentes vicinitati. Effūdetur sanguis innocius ī istis terris. Alemanni gaudebunt quia nouam institutionem inuenerunt: ꝛ duo cornua regnabunt in Alemannia. populus sine capite eliget sibi principē quia disciplinabitur intantuz gladio ꝛ incēdio ꝙ admiratione dignum existet. Et populus dure ceruicis Romano regno subiiciet. ꝛ tunc stabit imperium siue regnum in pace vsq̄ ad annum. M.cccc.lxxvii sed interim varias passiōes su

stinebit: rationes omitto propter odientes.

¶ Monitio ad lectores librorum presentium. Capitulum. xv.



Uos lectores auditoresque qui hoc meum opusculum vel legitis vel auditis equo suscipite animo: benigna fouete aure: que emendatiōe digna sunt humaniter corrigite ac dentem sinistre mordicationis oro reprimite: nihil enim rebus inhumanis perfectum est: vt et opusculum hoccine pluribus in locis ostendit. Neque ego michi perfectus intātum videor vt quicunque etiam triuz litterarū opellum ex me facere ausim. Sed confisus in prudētia atque humanitate omniū bonorum doctorūque presētē prouinciaz aggressus vt vel reipu. consuleretur: vel quibuscūque principibus: et alijs bonis viris priuatis eo mala ad que saltē stelle incimant innotescāt in finē vt eis consilio ac forti animo ac denique precib⁹ ad summuz deū porrectis obuietur. quod si vtique omnipotens deus ita euenire fortassis propter peccata nostra voluerit pati forte clipeo munitiet quod nō preter opinionem: sed cum tali quali cognitione euenient min⁹ ledāt minusque nocumenti inferāt. si quoque aliqua sustinēda dominus noster nobis ordinauit ea in penam et satisfactionē peccatorum nostrorum cum humilitate et patiētia feramus vt retributionē a domino ac premiū vite eterne pro mercede recipiamus: quam quidē sempiternam nobis vel post prospera vel aduersa larg ri dignetur domin⁹ noster Jesus christus in secula seculorum: benedictus. Amen.

Laus summo regi dicatur vocibus oris.

Quod iam non cessat merces condigna laboris.

Datum in vico vmbroso subtus quercum Carpentuli. Anno domini. M. cccc. lxxxviii: Kalendas Aprilis per peregrinuz Ruth in nemoribus latitantem Cuius occuli caligauerunt stilus tremet senio oppressus: Valeāt qui recto aīo emendāt. Valeātque vt valere fas qui oblatrare non cessant. Ut sinus in te o lector supra merita tua bñficij habe hoc

vetustissimi poete pidari versus ꝛ huiusce libri ꝛ reliquorū vaticiniorum interpres.

¶ Nemo venturā potuit deorum nosse fortunam: quoniam futuri. Ceca mēs nobis hominiq; multa preter optatū tulit ipse casus. Tristitia ꝛ rursꝰ miseris subactam. Extulit rebus propere voluptas. Nunc pluit ꝛ clarus: nunc Juppiter ethere surgel. Desperandum est viuis: fata viam inuenient Non est nosce vestrum tempora atq; momenta.

¶ Finis:

¶ Incipit principiū malorum.

¶ Hanc prophetiam cū figuris breuitatis causa omissis. Anno. M. vl circiter conscriptam. Reperies i nobilissimo Gallorum regno apud Parrhisios. In sancti victoris libraria: in aula ingressꝰ ꝛ in Scanno his tribꝰ elementis. k. k. k. obsignato ¶ Ipocrisia abundabit.



Genus neq; visa Catulos pariēs ꝛ in. v. Roma sceptri cōturbat nouam: ꝛ in. xxxvi. Anno miser ambulabit primus finis fere habēs quinq; oculos a figuris. A. modus est.

Ex ea autē ciuitas barbaros ante recipe: cum ante viderit visam matrem canum miserabiliter luge i altitudine celi: ꝛ adeo cōsequeris auxiliū multos decipis miseria neq̄ssima sub aliena pelle vinca. A. visū falsā ꝛ couerti intra abscōdis deceptionem: mutas faciente sicut autē bene manes: canes nutris nouos vt habeas istos in medio tēpestatū. Sed christꝰ manifestabit cogitatiōes Serpens autem omnes cōsumit velociter cū his quos lactas ꝛ letaris venaliter: ꝛ manus expādis q̄uis pedes peruertas sicut abiciēs teipsum extra res: sed dominus hipocrisim tuam ostēdet: quid malifaciens o tu habens faciem canis admixtā alieno morsu quō tu ferens: qd mūdo apis os ad pusillos quō eructabit verbū bonū ciuitati. ¶ Occie dissipabūt i effusiōe sāguinis

SEcundus eſt filius. Alia fera volans ſerpens ad meridiem iunctus nigro et niger totus priuatus lumine a coruis manifeſtans tempus ⁊ figuras litteralibus qui ſuccedunt paterno fini exiſtens ſerpens miſer deſtructor vrſe. O quomodo ex eſca miſerorũ coruorum exiſtens enim genus abhominabile eorum ab. Oriente miſerabiliter turbabis teipſum ſimul et ciuitatez tuam gentium dabis in tempore meti.

¶ Penitentia / veſtigia Simonis Magi tenebit

DUplicum tertium ⁊. R. auis equescrucifera. Auis et equus coniunger ſic multum velox: ſic promptus et laſciuus principium habẽs vnitatẽ et finem vnitati duplici ci vocationis prime vnius recurue figure numerorũ treexmum: ſicut in tẽpore boni anni venit dies in qua tenebit in medietatẽ crucite figure: multum magus quidem rex volucruz ſolus. R. recipiẽs principiuz a meridiei quo explebit cornuto die. Radiante ſtella pollive ſpere ⁊ prõptus in multum ⁊ velox exiſtens ad bella paratus. O genus biz ãci;: habens audit⁹ nobis inclinatos et ingne ſine frenis. O amice ſed vltima ſyllaba vllucrabitur te ĩ locis irriguis propter ſpem cadens in te principatũ Et finis cornu eſt.

¶ Confuſio error concītabitur:

ISte Colus quartus ab vrſa currens gladius et homo monens inciſione roſecum fictabitur: ſicut roſa incidens roſam annis motus tribus: ⁊ enim tertia littera ⁊ tertium elementum ſignat manus ⁊ falx illa prima litera incidunt roſam in. M. miſerum elementum illud videt recipiens enim principium vt inciderem florem non miſerebitur tui q̃uis in principatu maneas. Uide enim iſte ĩcipit colligere roſam ante ferẽs in hominibus habens finez in quo letare multum fruſtra.

Elatio pauptas obediẽtia caſtitas tẽpator caſtri margie ⁊ hipocrita ⁊ ɔſtructio

UIde iterũ alienũ exiſtẽtis modũ falcẽ magnã ⁊ roſam q̃ fert ẽtiũañ duplica

sum primũ elementũ diuersa sũt iter cõiuncta facifere quatuor mẽsiũ te scribo pricipatui ante oẽs quẽ consumpsisti gladio tẽpla idolorũ post pau paululũ resuscitabo tres ante tres annos minime viuens se nex valde in infernũ duabus tribulationibus in medio.

¶ Incisio hipocrisis in ab ominatiõe erit.

Vacca autem quintũ ex filijs vrse pascẽs figura manifestat locũ et modũ vnde aduentẽs solus manifestat mihi amic⁹ primas eñ habes virtutũ aliorũ plus et dispẽsas circa amicos propterea inuenisti finẽ dulcissimũ: solus sublimaueris a gloria et mortuo relinquens potentissime potentias. Sicut enim imbrẽ bene inuenies potentias.

¶ Occisio filij Balae sectabunt.

Alia vrsa secũda pascẽs catulos et in oĩbus illa pter q̃ in vmbra tãtũ scripta natura tẽporum natiuitas abortiua. In vltima eñ scribit vltime subsolares ante vtrũ: que coronis manifestam diuisiones totius penitentie.

¶ Potestas cenobia ad locum pristinum redibunt.

Heu misera sustines passiões ciuitas miserabilis vt appareat lumẽ: mox tenebit circa paruũ tẽpus. Cedet eñ in te effusio sanguinũ vndenarij incipiẽtes nõ deficiẽt et quinq̃ pricipatus amonarchia tua drachonẽ cõfringẽt q̃ occidit Libin frustra: im laniabũt mẽbra illius nõ cessa et ad pugnã intestina excitata innumerabilẽ multitudinẽ cedẽs gladio ad miliaria sex septẽ numerata et omnis implicitus infornicatiõe et cede maculat⁹. adulter raptor iniust⁹ sodomita videbũt vltimũ lumen ante oculos.

¶ Bona gratia simonia cessabit.

Vulpinã figurasti amicitiã patientẽ sensu refrenas sicut multũ senex et can⁹ habet sensũ. Ueniẽs autẽ dupliciter reuolucrẽs septies volũtas cũ dimisisti cõfr gẽdos ad inuicẽ et effusiones vallis

sanguinū effundendas tu pro pter victoriam expedisti ma- nus bene gratiose et brauium accepisti in fine sceptri.

¶ Potestas vnitas erit.

Ve tibi ciuitas septicollis quādo Bliteras laudabi liter i manib9 tuis: tūc appro- pinquabit casus et destructio tuorū potentium ⁊ iudicantiū iustitiā q̄ habet digitos suos falcatos qui est falx desertitu dinis ⁊ i altissimo blasphema bit: q̄ in M.B.T. eū in Min- sachios sincopā cedis sāguis Johānes bona grā Cōstanti- n9 pauperis vide aūt tu q̄ san cta cōsideras ⁊ sctā ferēs sup humerū ne puluis tu9 fiat op probrium in barba profunda iuste incidet ⁊ maxime vitupe raberis. Itē cōsiliarius mor- tis pontifex cuius nomē Jo: i.p.m.l.n.i. vsq₃ ad vesperā ma ne dies duo millia.ccc. ⁊ nomi nabitur sacrificium.

¶ Bona oratio the- saurus pauperib9 ero gabitur.

Et reuelabit vnctus qui habēt pnomē menachi petrā habbitās ⁊ eyam venie mihi aliene luct9 relinquēs: ⁊ victū tristē: ⁊ viuēs incētiuus ⁊ gemebūdus cōgregans bo- na diuitipās oīe brauiū iniqui tatis in iustificatū q̄do maior stella apparebit nigra nud9. Item vade in inferiora terre.

¶ Bona intentio ca- ritas habundabit.

Mortuus nunc et oblitus aspectu nouerunt multi Quis null9 istud videat: sicut ab ebrietate manifestatus ex insperato sceptra tenebit isti9 imperij fili9. N. manifest9 in ce lo cōuersus p̄co inuisibilis ter clamabit maxime ite cū festi- nātia ad occidentē septicolis inuenietis virū habitatorem amicū meū ferte iustū in re- gias domos: caluū mansuetū mitē mētis acutissimū ad vi- dedū futura p̄cipue. Iter ha- bebit septicos imperium:

¶ Prehonoratio cō- cordia erit.

Ecce item homo de pri- mo genere abscōditor: in trantes simul numeri annos nudus venit de petra tenebro sa ⁊ scōm splēdentē icipit vi-

zam anim ego sancte vite verissima tantum solide solidus duplicatorū annorū introit mortuus petram.

¶ Bona occisio venientium sacra cessabunt.

Recipe donū ne pigriteris senex: sed recipiens potentissime: pēsa de fine ad bonū dirige septrigenā alta quidē non metuēs tēpus etenim de sup istū recepisti solū tribus auroris circūdati annuo denario stelle cōplete beneficiū sacratū quod admireris ammiratione recipis reliquisti placite planta altercationē sequere vacationē ad psentē gloriā bene finisti dicit principis bono fine cōple vniuersam creaturā et habitatiōes ambula celeste enim in te principium bonorum et finis.

¶ Reuerenita deuotio augmentabitur.

Bona vita inuenisti ab ingloriatiōe a virtute aūt accepisti plusquam a fortuna sed nequaq̄ virtuose lucraberis gratiam. Inuidia eñ contingens iudicia tibi nocentiā vt priuaberis a sorde de sup. Ve ciuitas sanguinum vniuersa mendacij dilaceratiōe plena non recedet a te rapina. Uox flagelli z vox im pet⁹ rote et equi ferementis.

¶ Explicit principiū malorū

¶ Hanc prophetiam cū figuris breuitatis causa omissis. Anno millesimo cētesimo aut circiter scripto reperies in nobilissimo gallorū regno videlicet in Cluniacensi abbatia: quā habet sacrū litterarū doctor frater Jacobus Brutin:

¶ Stellas cōgregabit vt luceant in firmamento celi.

Ascende Calue vt ap̄li de calueris qui nō vereris de caluarie sponsam vt comā vise nutrias vade pasce columbum granis purissimis, a fera pessima conculcandis. Sed caue ne fatua pietate delusus grana infecta quib⁹ visam pascis columbe prepares, vt tali cibo infecta grauiter infirmetur tarde z difficili curatura.

¶ Clauibus claudet et non aperiet.

Post : Lunam : Ascendit Mars sitiens sāguinem baptismale. Ascendit autem de turri ad altissimum solium

solis qui solem clarissimũ obfuscabit cum cruce et lilio aqui tam cruciabit nõ edificabis templum quia vir sanguinum es zelo imunderato virtute si multa denigrans et dissipãs superflua solis coertans pacẽ deuorans vniuersa.

¶ Viri fortis medie orbabuntur.

Hec est auis nigerrima coruini generis corde nigri nemoris opera dissipans subito moriturus. In terra petrosa cũ videbis fructũ plurimarũ ad vescẽdũ suaue. Tũc caue: quacunque enim hora comederis morte morieris serpẽtẽ nutriet nigrũ: qui sibi mortis initium ministrabit.

¶ Moriens bibet de calice ire dei.

A Minimo ad maximum gradũ ascendisti miser et de celo stellato regnãs planeta descẽdisti in baratrũ vanitatis primã spõsam viduatã relinquẽs. Heu heu impudẽs et inutilis princeps qui es tam circa nutrimẽtum veneris occupatus et terram benedictã: non cogitas tua in parte negligentia perdituram cũ hec audis irremediabiliter luge. Erit enim tũc tribulatio qualis non fuit ab initio vsque tũc: Quadrate viues: et subito in babilonia morieris vbi mors est: sed aliqua bona inuẽta sũt in te. Cede igitur maiori et meliori te: quia deus transcludit regnum tuum. In oriente erit commotio: et post commotionem ignis deuoros vniuersa.

¶ Voce vulpina det principatum.

Benedictus qui venit in nomine dñi celestiũ contẽplator qui simplex eductus de terra tenebrosa ascendit et descendit. Nã vox gemina et vulpina ipsius vorabit pñcipatũ et tribulatus peregre morietur. O quantũ dolet spõsa de casu sponsi legitimi ad deuorãdum leoni traditura. O simplex homo sponsam dimittis truculent. canis latratibus tribulandum. Cogita nomen tuum: et prima opera fac: vt recipiaris in partibus orientis.

¶ Fraudulēter ītrasti potēter regnasti ꝛ gemens morieris.

batur inter que Esaye capitulo quadragesimo septimo spiritussanctus contra Babyloniam loquens sic ait. Sapientia tua et sciētia tua hec decepit te: et infra stent et saluēt te augures celi: qui contemplabantur sydera et supputabant menses vt ex eis annunciarēt vētura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula ignis cōbussit eos non liberabunt animam suaz de manu flamme. E Hieremie capitulo. x. Juxta vias gentiū nolite discere. Et a signis celi nolite metuere que gentes timēt quia leges populorum vane sunt. Et breuiter sacri codices indicant cognitionem futurorum contingentium: proprietatis tātum esse diuine. Solus igitur deus hec nouit: et illi qb9 ipse reuelare dignatur. Unde quadragesimo primo capitulo. Esayas ait. Annunciante que vētura sunt in futurum: et sciem9 quia dij estis vos. Ideo harum superstitiosorum diuinatoriaꝝ obseruatores: quoniam quod diuinitatis est propriū sibi falso vsurpant grauiter peccant. Hinc est ꝙ doctores sacri omnes et sacri canones huiusmodi artem detestātur. Quapropter quicūqꝫ astronomiā hac diuin9 toriaz ꝓsequuntur non solum stulti et hebeti ingenij nulliusqꝫ iudicij homines: sed etiam improbi Christiani sūt preterea celuz non nisi mediantibus causis inferiorib9 pro dispositione materie operat. Non enim exēpli gratia illi9 iur est ex semine oliue vt possit producere vitē. Quamuis ergo celuz in partez hominis sensibilem influat. non tamen eam ad alia phantasmata ꝙ que talis patiatur natura: disponere potest. Ego vero pater iam diu naturam meā sciens: multo prestantiora phātasmata ijs que natura ꝑstare potest: ipsa mea sensibili parte cognosco. Insup celū īmediate in intellectū operari nequit: qꝛ corporeū nō agit ī incorporeū. Non ergo celum potest īfluere lumē qd ego ī me preter naturale sentio. Preterea celum et natura non fabricāt artis opus. Neqꝫ enim vestes aut domos aut similia cōstruunt. Quia ergo voces significatiue et verborū sententiarūqꝫ series: ad artē et rationem pertinent cum ergo eas sepe interius exteriusqꝫ taz latino quā familiari sermone acceperim: non possunt ea que hoc modo audiui et predicaui

a celo vel a natura prouenire
¶ Tentator tunc ait. Ergo hoc demonis opera et potentia fieri posset. Potens enim est demō ea que sunt artis effingere: et aliquid supra naturaȝ corpoream efficere. Ideo diabolica fraude certe circūuenirис. Respondit.
¶ Sacras ergo scripturas patrū et sanctorum hactenus vitas eorumqȝ doctrinas ab initio ad finem percurri. Quib⁹ sufficienter intellexi conditiones omnes diabolicaruȝ necnon diuinarum apparitionuȝ. Nec solum doctrina sed experientia teneo: quantum inuicem differant: longoqȝ tempore cōprobaui has nostras visiones non posse vllomodo a demone ꝓuenire eo maxime quia res a me intellecte ⁊ prenunciate multo certiores apd me sunt qȝ prima scientiarum principia apud philosophos habeantur. Unde manifestuȝ est tāte certitudinis lumen a diabolo nullatenus deriuare posse. Preterea non potest ipse diabolus scire futura cōtingentia. Que autem a me iam multos annos cognita ⁊ pdicta sunt vētura: ita vidi et video continue succedere vt ne vnū quideȝ iota ꝑtereat: nec vnqȝ i minimo fueriu defraudatus. Insup virtutum inimicus diabol⁹ est. Atqȝ ideo nō est credendū cuȝ ex pdicationib⁹ meis tantum germinare fructuȝ videar quin se subtraxisset: aut salteȝ apte me decepisset: vt de cetero mihi nulla fides adhiberetur: immo q̄ de me ⁊ de alijs pdicatorib⁹ cōcepta est: penitus aboleretur. Item in ciuitate Florentia in qu a multū temporis predicationibus elaboraui: oēs vel fere omnes recte ac pie viuētes hāc nostrā doctrinā sequunt. Qui vero iniqui manifeste sciuntur nec christianā normaȝ seruant: ipsi infesti eam persequūtur: studuerūtqȝ varijs modis ⁊ multis argutijs sinceros hoīes auertere: et me infamē reddere: quinetiaȝ vita priuare. Nihilominus semp doctrina hec habuit incrementū sēperqȝ vberiores fruct⁹ ꝑtulit ita vt assidue augeri discipulorū nostrorū numer⁹: aduersariorū vero minui conspiciat: simulqȝ opera nostra inualescere aduersariorum aūt debilitari fieri ⁊ penitus corruere ita qȝ pater nequaqȝ hec demōis doctrina aut op⁹ est: sȝ xpi: q̄ i sūmis aduersitatib⁹ sp doctrinā ⁊ opa sua vult augeri ten-

tator rursus ait. Ut libet fili mi loque mihi tamē nunq̄ psuasū erit q̄ mortaliū quēq̄ christus post suā in celū ascēsionē allocutus fuerit. Respōdi. Valde aberras pater cōtra diuine scripture testimoniū. Nam in multis locis legit illū post ascēsionē suā pluribus apparuisse et inter alios Paulo apostolo vt i prima epistola ad corinthios Paulus idem affirmat Hoc etenim pacto sāctorum historie mētirent: et sctūs Franciscus se regulā a christo accepisse pfessus: decepisset mūdū Sic et plures alij scti qui colloquium cum xp̄o habuisse affirmarūt. Preterea si pro peccatoribus crucifixus est christus q̄d mirādū est: si ipsemet aut angeli eius ob ecclesie sctē vtilitatem pctōrem alloquātur Adhuc si quotidie xp̄s inumerabiliū sacerdotū prauorum ministeria et tractationē in altaris sacro non refugit: cur indignum censes q̄ pctōres alloquatur. Sed tantis tenebris hoīes modo cecutiūt vt qd̄ in cōspectu dei facilimū est: impossibile eis videat: nec maiora admirat sed rariora. Maius quippe est iustificare ptōrem et ipm p gratiam inhabitare: q̄ eūdē alloqui: illud tamē non admirātur et credūt: hoc vero id est allocutionē credere nō possūt. ¶ Tentator inqt. Fateor priscis tpibus xp̄m multos allocutū. Hac aūt tempestate cū ingēs scripturarum et doctorum copia abunde suppetat nō est hoc necessariū ad salutem. Respondi. Sacre scripture et doctores p se maxime sufficiunt ad erudiendos hoīes in viam salutis instructione exteriori. Nichilominus nisi quis internū gratie lumē habuerit parū vtilitatis ex catholica doctrina cōsequet: ideo necesse est interius a deo lumine gratie perfundi: qd̄ lumē cōmune est oībus orthodoxe viuere volentibus. Sed p̄ter id sepe necessariū est specificum magis et ptliculare lumē ijs p̄sertī: q alios illuminare debent: maxime p pter singularia et circūstātias infinitas ex diuersitate tēporum: et conditione hominum: et varietate statuū: propter quas sepissime ābigitur quid in presenti vel in futuro faciēdū vel determinādum sit. Et nisi quis specialiter diuinitus illustretur: nō potest ex scripturis et doctoribus quod magis conducat certior fieri. Nō enī possibile est pticularia queq̄ voluminibus contineri: quia

tot libris capiēdis vix mūdꝰ sufficeret. Ideo iubebat Plato descendentē vsqꝫ ad ꝑticularia quiescere. Quoniam vero mutatio vniuersalis ecclesie nunqꝫ sine graui ꝛ spirituali ꝛ corporali tribulatione fieri consueuit: necesse est dei electos preparari ꝛ firmiores in bene viuendo reddi: ne improuisi offendantur: semperqꝫ si diligenter vetus et nouum testamentum consideraucrimꝰ oipotens deus huiusmodi mutationes ꝓueniens: quid agēdum sit. per os seruorum suorū eos premouet: confortat: cōsolatur: ꝛ illustrat. Ideo ait Amos propheta. iij. capitulo: Si erit malū in ciuitate quod dominus non fecerit: quia nō faciet dn̄s deus verbum: nisi reuelauerit secretum suū ad seruos suos prophetas. Cum ergo ad fecem ecclesia ꝓsens peruenerit eamqꝫ deus ꝑ multas tribulationes renouare itendat: oportuit his temporibus deum per seruos suos electis suis hec flagella ꝓnunciare: vt preparētur me eis i cautis e: improuiso ea mala superueniāt. ¶ Tentator. Quomodo scire potes tēpus renouande ecclesie: cum scriptum sit: non est vestrū nosse tempora vel momēta: que pater posuit in sua potestate. Respondi. Aduerte diligētius verba pater. Ait enim. Non est vestrū nosse tempora vel momenta: non omnia sed tātum ea que pater posuit in sua potestate vt puta diem iudicij inquo regnum Israel Christus restituet. De quo regno loquebantur apostoli licet nōdum qualis ea foret restitutio itelligerent. Ceterū quippe est ꝙ diluuij tēpus. Hoc determiatū fuit. Hieremie quoqꝫ septuaginta annorum prescriptio captiuitatis populi Israel: et danieli septuagita due ebdomade aduētus. Christi. Sic multis prophetis designata tempora fuere et ab eisdem determinate prenunciata.

¶ Tētator. Cur te potius ad hoc elegit deus qꝫ alium: cū multi in ecclesia te sint meliores. Respondi. Velim et ego a te hoc scire pater. Cur deꝰ Petrum qui ter christum negauit: et Paulum qui ipsum persecutus est elegit inprīcipes apostolorum: potius qꝫ nonnullos alios ipsis. Eo tempore meliores. Cur etiam Lucam et Marcum euangelistas faciēs preposuit eos hoc ministerio multis aliis: qui

eis sãctitate prestãtiores vel saltẽ equales erãt. Cur demũ elegerit Balaam ydolatrã et iniquum hominem potius q̃ multos alios eo iustiores vel minus malos: cui ⁊ reuelaret magna ecclesie: christiq̃ꝫ sacramẽta / et angelicas visiões et allocutiões exhiberet. Nulla horꝫ ratio assignari potest: sed sola diuina voluntas. vt Apostolus tractãs de charismatibus spiritussancti. Ad Corinthios ait. Hec oia operatᷓ vnꝰ atq̃ꝫ idẽ spiritus diuidẽs singulis prout vult. Idem ad romanos de predestinatiõe scribẽs dicit: cuiꝰ vult miseretur ⁊ quẽ vult idurat. Dicis itaq̃ꝫ mihi quid adhuc queritur voluntati em̃ eiꝰ quis resistet. O homo tu qui eiꝰ quis resistet. O homo tu quis es qui respõdeas deo. Nũquid dicit figmẽtum ei qui se finxit. Quid me fecisti sic. An non habet potestatẽ figulꝰ luti ex eadẽ massa facere aliud quidẽ vas i honorẽ: aliud vero i cõtumeliã.

Tantator. Ergo tu ceteris sãctiores. Respõdi. Gr̃a hec prophetica nõ hoiem sanctificat imo sepe peccatoribꝰ cõcessa est: vt in lib. Numerorꝫ de Balaã legitur: qui licet propheta uerit; malꝰ tñ fuit. Et dñs noster in euangelio sic ait. Multi dicent mihi in illa die. Dñe dñe nõne in noie tuo ꝓphetauimus? Et i nomie tuo demonia eiecimus? Et i nomie tuo virtutes multas fecimꝰ? Et tũc cõfitebor illis: q2 nũq̃ꝫ noui vos. Discedite a me oẽs q̃ operamini iniq̃tatẽ. He scꝫ gratie grat⁊ date ad alienã potiꝰ vtilitatē q̃ꝫ ad ꝓpriam cõceduntᷓ. Prestantius em̃ multo est minimũ charitatis gradũ q̃ꝫ oẽs gratias gratis datas possidere / testante Apostolo Si linguis hominum loquar ⁊ angelorꝫ: charitatem aũt nõ habeam: factus sum velut es sõnãs: aut cymbalũ tinnẽs ⁊c.

¶ Tentator. Audiui te sequi quarundem muliercularũ visiões: tibi eas q̃ p̃dicas dictantium. Respondi. Hoc neq̃ꝫ verũ esse neq̃ꝫ verisimile. Nam vt publice in ciuitate constat mulieres rarissime alloquor tũcq̃ꝫ etiã breuibꝰ eas expedio: norũtq̃ꝫ cõfratres mei q̃ꝫ difficilis ⁊ inuitꝰ ad eas accedam: nec alicuiꝰ earum vnq̃ꝫ audio confessionem peccatorum. Insuper cum ille sua natura mobiles arcanũ nullũ celare valeant: credibile est q̃ꝫ tot annos res hec latere non potuisset. Preterea noui es-

ruz testimoniuz: scripturis raro insertū: licet nonnulle prophetasse legantur. Quod ea causa a deo factum puto ne illarum testimonio multuz imitamur: Huis id quoqz nō sit penitus aspnandū: sicut scriptū est. Prophetias nolite sperne re. Ratio autez est q cum mulieres sint imperite / et sua natura hebetis iudicij: et volubiles ac fragiles / ad vanaz gloriam quoqz procliu s / demonum astu circūueniri se facile sinūt. Quibus michi cōpertis ne credas q illarum prophetijs fidens: coraz tanto populo eas cōstantissime asseuerarē. Quotiēs eñ pnunctata nō euenirēt magnum fidei discrimen et dei contēptus: in me vero ignominia et grauissimū detrimentuz redūdaret. ¶ Tentator. Aliq affirmant te pricipuz amicitia vti: quorū secretis cognitis q facere intēdūt ipse pdicas. Respondi. Scio quanta instabilitate humane mētes et maxime pricipū corda voluant: dū sepius pro varietate tpīs immutant. Itaqz et mihi et cuilibet stultitie imputandū esset: si quādo etiam eoruz secretis habitis: sup ipsorum dispositiōe mea verba firmarē: cū maxime pro mortali cōditione possint quauis hora vitā finire: pter alia ipedimenta aut aliorū obstantiū principū: aut infirmitatū / aut humanarū varietatū singulis dieb9 et tēpo.ib9 cōtingētia. Idcirco q eis vel p eos vētura suut a deo sunt icerta: vt ad ea o a infallibiliter cognoscēda et pnunciēda non angelic9 intellect9: nedū human9 sufficere possit. Scire enim oporteret circūstātias oēs et impedimenta que accidere possent et de eorum / euētu in vtrāqz partē certissimū esse. Hec autē solus de9 nouit / q vocat ea que nō sunt tāqz ea q sunt / cuiusqz oculis omnia sunt presentia. Extreme igitur esset demētie futura tā mani astruere fūdamēto. ¶ Tētator. Alij dicūt q plerisqz ciues tibi secreta reginunis Florentini pandūt et sic multa archana / et dispositiōes aliorū pricipū cognoscis quib9 pariter collatis ex acumine ingenij et sagaci ratiocinatione futura coniectas. Respondi. Hoc responsione pater indignuz est. Quoniā hominum est rudis et parui iudicij: qui non capiunt nec agnoscunt non posse talia per similem inquisitionem certa diffinitione affirmari. Quibus tū

prime obiectioni facta respõsio sufficiet. ¶ Tentator. Aliqui sentiũt q summa astutia & peritia, regiminum rerum publicaruz ac pricipum ista cõfinxisti: & ea tali sermonis versutia ptulisti. vt ipsis non euenientibus excusationis latibula tibi deesse non possint. Respondi. Qui ita loquũtur iam quintus agitur annus: ex quo cepi bellum/ et ea que partim iã impleta sunt: particularia multa predicere multo aliter dicebant. Tũc eni me simplicem ho iem: & ab ipsa mea simplicitate deceptuz asserebãt. Nũc quia rerum prenunciatarum partẽ impletam esse partem vero que restat futurorũ per manifesta signa/ & certa ĩdicia ĩplendũ esse cõtuentur: tanq̃ versipelles ad suam cõfusionẽ palliandã me astutũ nũc pdicãt: qui verba ita caute cõponã/ vt captionez oẽm euadere possim. Hic tamẽ sciunt me pdixisse vẽturum quẽdam/ q̃ transcenderet mõtes et planicies/ qui ppugnacula arces/ et vrbes/ mollium pomulorum iactu/ vt vulgo dicitur/ hoc est magna facilitate subigeret: quodq Florentini contrariuz sue saluti consiliũ inirent & velut ebrij prudẽtia et cõsilio omni frustrarent: et similia multa/ que supius narrata sunt audierunt. Rursus modo plura pticularia desup mihi reuelãda esse spero: que vniuerso populo tã apte tãq simpliciter pdicando: q diuersas expositiones nullo pacto recipien:. Et quemadmoduz si pcedentia defecissent: nulla poteram interpretatione defendi: ita pariter si futura nõ successerint: cõfusionem subterfugere non valebo. ¶ Tentator. Intellexi apud te reuelationes sancte Brigide & abbatis Joachin/ & cõpluriũ aliorum haberi: quibus hec futura diuinando predicis. Respõdi. Testor pater q nunq̃ eiusmodi lectionibus delectatus sum: nec vnq̃ reuelatiões sancte Brigide/ rarasq admodũ aut nullas abbatis Joachim perlegi. Aliarum quoq prophetarum huiusmodi lectio hactenus me nunq̃ delectauit: nullaq illarum apud me est: vt confratribus ac familiaribus meis pstat: q̃ testes sũt quẽadmodũ lectio veteris & noui testi adeo me delectat: q fere multos ãnos nullo alio libro nulla ve lectiõe alia pri9 vtor ceterorum lectiones/ vt ita loquar fastidiẽs nõ quia alias

scripturas contemnam aliorũ ve doctorum libri displiceãt: Sed ꝙ in compationem ipsi⁹ sacre scripture dulcia q̃q̃ arma videntur. Si tñ hoc nõ credis: cogita saltem me nõ esse adeo leuis iudicij: ꝙ tã firmiter que p̃dixi certa esse asseuerarem: ꝛ sepe cõfirmãdo repeterẽ: nisi aliud fũdamentũ: q̃ istud a te p̃dictũ mihi suppeteret. Cũ eñ ꝓphetie ille iter sacros canões nõ annumerãtur/ non possum ad eas credẽdas/ ꝛ p̃nunciãdas aiaȝ penit⁹ cõfirmare. Preterea ad ea ꝑticularia p̃dicando perueni: vt patuit iã superi⁹: et adhuc inferius patebit: q̃ illorũ ꝓpheticis scriptis minime reor cõtineri. Sed ꝙ vlteri⁹ est. Si ea ꝑfundamẽto me habere cõcederẽ: hoc ipsuȝ ad habẽdã mihi fidẽ sufficere deberet: vt pec catoꝝ suoꝝ penitẽtiam hoies agerent. Obiectio eñ ista nil aliud infert. q̃ hoc: Tu non es ꝓpheta: aliorũ predicas prophetias. Ad qd̃ rñdeo. Quoquo modo vero p̃nunciem: mihi satis est: dũ tñ hoies ad bonũ ꝯuertant. Nõ eñ cupio haberi ꝓpheta: cũ hoc nomẽ graue sit: ꝛ periculosum: vehemẽterq̃ reddat hoiem inquietũ: ꝛ multas in eũ suscitet ꝑsecutiones: tametsi amore christi libẽter ferũtur: nihilominus propter hoc non assentio me aliorũ prophetias/ preter canonicas vnq̃ secutum fuisse: immo: vt predixi/ eas nõ legi. Et si quas amici cuiuspiaȝ instigatione percurri: semel vix lectas restitui nõ spernendo/ nec approbãdo: sȝ dei iudicio relinquẽdo: q: oĩa sũt nuda ꝛ apta oculis eius. ¶ Tẽtator Fili ista que te ď deo hr̃e asseris/ in secreto seruãda essent. Sic eñ sanctoꝝ patrũ documenta monent. Rñdi. Si ita se veritas haberet: sequeret ꝙ Moyses/ Esayas/ Hieremias: ꝛ ceteri ꝓphete tam veteris q̃ noui testamenti nõ recte fecissent predicando suas reuelationes populis pariter q̃ scriptas relinquẽdo. Multi preterea heremite similiter nõ recte fecissent. Ita quoq̃ beat⁹. Bñdictus/ beat⁹ Uincentius ordinis predicatorũ: beata Katherina Senensis/ beata Brigida: ꝛ alij sancti innumerabiles/ quorum ꝓphetias ꝛ diuinas reuelatiões in diuersis legim⁹ libris: omnes pariter errassẽt: ipsas manifestando. Fatẽdum est ergo talia ꝑpalari nõ debere: nisi aut ab ipso deo impet: aut primo

rum charitas deo pariter mo
uente nos vrgeat. Propterea
nouit vniuersus populus Flo
rentinus: q nō nisi publice de
huiusmodi loquor: nec vltra q̄
michi cōcessū est aut impatū.
Priuatim vero nunquā vel ra
ro talia confero p̄terq̄ sub si-
gillo fidei alicui familiarium
meorum: demū crede mihi q
multa pticularia pectore meo
recōdita teneo: q̄ nunq̄ protu
li/ nec prolaturus sum: nisi ali
ter deus mihi inspirauerit.

¶ Tētator. Quisquis futura
prophetat vt credātur: debet
ea miraculis ꝯfirmare: alioqn
heretici idē sibi vsurpare pos
sent. Vñ cōtra te adducit̃ capi
tulum. Cum ex iniuncto extra
de hereticis: quod velle videt̃
vt talia p̄dicans aliquo signo
aut miraculo ea debeat ꝯpro
bare: quod quia ip̄e nō seruas
more heretico ab aliq̄bus pro
cedere argueris: ꝛ ab ijs here
tic⁹ iudicaris. Respōdi: huius-
modi homines / aut ignoran-
tes sunt: aut maligni. quia vel
non intelligunt: nec diligēter
examinant. Sacros canones:
vel maligne peruertunt. Nul-
lo enim loco quod dicunt scri
ptum reperitur: immo pauci
prophetarum leguntur mira-
culis claruisse. Unde cū Ana-
nias Hieremie cōtradiceret
(vt ptz capitulo. xxviij. ipsius
Hieremie) non miraculis pro
pheta sermonē suuz probauit
sed ait. Audi verbuz hoc / qd
ego loquor in auribus tuis: ꝛ ī
auribus vniuersi populi. Pro-
phete qui fuerunt ante me / et
ante te ab initio. ꝛ pphetaue-
rūt sup terras multas: ꝛ supra
regna magna: de plio / ꝛ de af
flictione: ꝛ de fame ppheta. q
vaticinatus est pacem cū ve-
nerit verbuz eius: tūc scietur
propheta quē misit dominus
in veritate. Sic Jonas pphe-
ta p̄dicans Niniue subuersio
nem / nulla populo miracula
exhibuit: demum ex iis q pro
phetauerunt tēporibus regū
Israel: admodum pauci legū
tur pphetias suas miraculis
probauisse. Sed quid de alijs
querit̃: qñ propheta propheta
rum sanctus Johānes bapti-
sta miraculis prorsus caruit:
Sicut scriptū est Joānis euā
geliste. x. capitulo: multi vene
runt ad Jesum: ꝛ dicebant / q2
Joānes q̄dē signū fecit nullū.
Omnia aūt q̄cūq̄ dixit Johā
nes de hoc: vera erant: ꝛ mul-
ti crediderūt in eum. Textus
autez decretalis adduct⁹ su-
perius cōtra me: ad rē non fa
cit. Contra illos nanq̄ loqui-

tur: qui sine prelatorum cõces
sione/ vel mãdato predicatio
nis officium sibi arrogarēt di
cētes illud ipsis a deo inuisibi
liter iniunctū. Ideo dicit pdi
ctus textus q opporteret eos
hoc pbare: vel signis vt moy
ses vel scripture sacre testimo
nio: vt sanctus Johannes ba
ptista: q ait. Ego vox clamãtis
in deserto sicut dicit Esayas
propheta. Scdm aũt illoꝝ in
tellectum textus pdictus scri
pture sacre: vt demõstrauim⁹
repugnaret: ideo eos ignoran
tes: aut malignos ꝛ canonum
puersores iure appellauimus
Non enim opus est me signis:
aut scripturis probare missio
nem meam. Cõstat siquidē oi
bus hoc pdicationis officiū
mihi a superiorib⁹ meis demã
datum esse: nec me a deo: tan
tum esse missum: assero. Neqꝫ
iuste hereticū dicere me pos
sunt. Is em̃ hereticus est: qui
pertinaciter dogma aliquod
cõtrarium sacre scripture: aut
discipline sancte Romane ec
clesie seq constituit. Ego autē
nescio dixisse aut scripsisse qd
piam doctrine Christi ꝛ eccle
sie dissonū. Et nichilominꝰ qc
quid ex dictis scriptis ve meis
hacten⁹ extat/ ꝛ extabit in fu
turū semp correctiōi scte roma
ne ecclesie subiectuꝫ esse volo
paratus nõ soluꝫ eius: sed cu
iuscunqꝫ hoīs sicubi errē libē
ter suscipere castigationem.

¶ Tentator. In summa nolo
tam cito credere. Scriptū est
em̃. Qui cito credit leuis est
corde. Respondi. Rursus scri
ptum est. Charitas oīa credit
Cum ergo spūs sanctus harū
duaruꝫ prelator sententiarū:
sibi minime pugnet. Notã
dum est quedã difficulter es
se credenda vt sunt detractio
nes/ susurrationes/ et maledi
cta in proximum. Quedaꝫ fa
cile credãda sũt vt ea que cre
dita ad rectaꝫ bene viuẽdi in
structionem faciunt. Quare
etiã si illa q̃ fides nostra pdi
cat non esset vera qd impossi
bile est/ credere tamen ea co
narer. Qm̃ hec credita indu
cunt in taꝫ probatã vitã vt ea
melior nulla īueniri: aut exco
gitari posset. Quedã alia īdif
ferēte credi vel nõ credi absqꝫ
peccato possunt: queãdmodū
gentilium historie ꝛ eius gene
ris pleraqꝫ. Cū ergo q̃ ad me
pdicta sũt: nec fidei nec bonis
moribus: nec rõni naturali ad
uersentur ꝛ verisimilia sint vt
multis argumētis diuersis tē
porib⁹ oñdit/ qnetiã homīes
ad pie viuēdum īducãt sicut

experientia copertum est. Sequitur vt leuitatis crimine argui non possit: quisquis ea faciliter crediderit. Propterea antiqui patres nostri: vt sicti Hieronym⁹: Ambrosius: Augustin⁹/ Gregorius: et plericꝫ alij in omni sciētia peritissimi: in rebus quocꝫ humanis prudentissimi facile talia credebant etiam idiotis modo sine mares siue femine probate vite ꝛ fame haberentur. Nectā tum ipsi pura fide susceperūt sed ad vtilitatē pariter alioꝝ ea discribētes eterna fecerūt vt in vitis sanctorum patruꝫ quas descripsit sanctus Hieronymus: et in dialogo sancti Gregorij: ꝛ in aliquot opusculis sācti Augustini: et multis diuersorum sanctoruꝫ scriptis apparet nos profecto/ nec sanctiores: nec sapientiores antiquis nostris partib⁹ sumus qui tā in veteri q̄ꝫ in nouo testamēto ꝛ in alijs libris approbatis ꝛ receptis in sanctā ecclesiaꝫ eiusmodi innumerabilia ꝓ nostro beneficio conscripserunt. ¶ Tētator. Si visiones omnes nobis relatas credamus: certe deceptos nos sepi⁹ experiemur. Ideo scriptū est. Probate spirit⁹: vtrum ex deo sint. Rñdi. In hac re latet secretū: quod non oēs capere possunt. Tñ ex similitudine rerum naturaliuꝫ id cūctis aperire conabor. Uidemus inquā in ipsis rebus naturalibus ꝙ quecunꝗ eandam formaꝫ habent eandem quocꝫ inclinationem: et operationem ipsi forme rñdentem consequuntur. Sic grauia ad centrū terre leuia sursum mouentur. Par ratio in supernaturalib⁹ est. Ut vni⁹ supnaturalis forme res eandē similiter inclinationem et operationeꝫ ab ea forma ꝓcedentem consequantur. Cuꝫ igitur lumē fidei sit forma supnaturalis vni⁹ speciei in oīb⁹ sub ea fide ꝯtētis: lꝫ alii altiis intēsiorē eam habeāt: cūcꝫ id lumen naturaleꝫ habeat inclinationem ad veritateꝫ tanq̄ꝫ ad propositum obiectū nō potest quiscꝫ hoc lumine īformatus: alicui falsitati: fidei cōtrarie absꝗ corruptiōe aut amissiōe dicti luminis firmiter adherere. Sꝫ quotiēscūcꝫ vir sincer⁹ ꝛ fidelis supra sui intellectus captū q̄cꝗ audit: si scdꝫ formaꝫ predicti luminis operaē. nūcꝗ parti false firmit̄ adhereret. Sed semꝑ deo et doctrine ecclesie cūcta remittit. Hic notādū est ꝙ q̄cūcꝫ bñ viuunt et recte ad deū ābulāt:

preter cōmune lumē fidei spe
ciali: lumine illustrātur ꝑpter
coniunctionē charitatis cū fi-
de ⁊ mētis rectitudinē ad sim
plicitatē. Sicut scriptum est.
Exortuz est in tenebris lumē
rectis corde. Et quo lumine
absq̄ errore iclināt ad discer
nēdas reuelatiōes ⁊ operatio
nes diuinas. Et quēadmoduz
deꝰ dirigit naturā ne erret: di
cente philosopho ꝙ opus na-
ture est opus itelligētis nō er
rātis: ita iustos fideles ⁊ sim-
plices dirigit i cognitionē suo
rum: id est ipsius dei operum
⁊ reuelationuz sine vllo erro-
re. Qui itaq̄ nō vult i his de-
cipi: in simplicitate cordis pie
viuat. Et a deo in ipsā verita-
tem sine errore dirigetur: hoc
modo patres nostri superius
memorati talia credendo vel
scribendo non errabāt. At nō
nulli supbi soli falluntur. Qui
tūc precipue putant se sapien
tes haberi: qñ talibꝰ rebꝰ con
tradicūt easq̄ dirident: q̄ non
solū nunq̄ forte labijs orant:
sed nec sciunt de oratiōe quid
nominis: id est quid nomen si
gnificat orationis.

¶ Tētator. Video tamē ꝙ sa
pientissimi pleriq̄ magno ⁊ sa
gaci ingenio: ⁊ graui prudētia
oīmq̄ humanarū reruz periti
ludibri visiōes, istas habent
quorum auctoritate non pos-
sum non moueri. Respondi.

Nōne dixi ꝙ ad hec intelligē
da tantūmodo opus est bū vi
uere ⁊ recte incedere in cōspe
ctu dei? Qm̄ his rebꝰ humana
sapiētia lōge impar est: immo
ꝑpter eiꝰ superbiam deus il-
lam in tenebris tanq̄ lumine
tam precioso indignaz deserit
sicut scriptuz est. Abscondisti
hec a sapientibus ⁊ prudenti-
bus ⁊ reuelasti ea paruulis.
Apostolus vero ait. Ubi sa-
piēs? vbi scriba? Ubi inquisi-
tor huius seculi. Nonne stul-
taz fecit deus sapientiā huius
mundi. Naz quia in dei sapiē-
tia non cognouit mundus p
sapientiam deum: placuit deo
p stultitiaz p̄dicatiōis saluos
facere credentes et Esayas.
Ubi est litteratus? vbi doctor
legis verba ponderans. Ubi
est doctor paruulorū? Popu-
luz imprudentē non videbis:
populū abiecti sermonis: ita
vt nō possis intelligere diser
titudinez lingue eius. In quo
nulla est sapientia. Sed respō
deant hic sapiētes: vtruz que
ego p̄nūciaui diuīe potētie et
sapiētie possibilia sint vel nō
Qd si sapiūt nō solū deo pos-
sibilia verū facillima fatebunt

Et qm̄ nõ est sapiẽtia inaniter ac sine rõne loqui: scire vellẽ qua rõne ⁊ fũdamẽto ad hec irridẽda mouent̄. Nã si diligẽter cõsiderauerim⁹: nullã dictis nostris rõnem opponere possint. Nõ certe demonstratiuam: q᷑ materia talis hoc nõ patitur prenũciantib⁹ nobis res futuras ⁊ cõtingentes: demonstratio siquidẽ est necessarioꝝ. Non etiã dialecticã aut ꝓbabilẽ. Similes em̄ rõnes opinionẽ induũt q̄ licet intellectuꝫ penitus non confirmẽt quemadmodũ demõstratiue faciũt rõnes tñ in alterutram partẽ magis inclinant. Sed que ego prenũcio quãtum ex causis naturalib⁹ liquet sunt indifferẽtia. vt q̄ sequi possit. Et quãtum ad diuinam volũtatẽ pertinet ꝑ libito de⁹ illa facere vel nõ facere potest: sine cuius reuelatione scire nemo potest in quẽ partẽ ei⁹ inclinatio ⁊ determinatio pẽdeat. Ideo per rõnes physicas deficiẽte fũdamẽto naturali: hec nec ꝓbari/ nec improbari possunt. Preterea ex signis adhuc reprobari nequeunt: q᷑ inter alia duo potissimũ ĩpugnationis vim habere videntur: quoꝝ tamen neutrum efficax est. Unum est/ qñ apparet euidẽter in mundo dispositio cõtraria i[?]s: que prenunciata fuerũt. Et hoc nihil obstat: immo probat oppositũ: quia cũ deus intẽdit gloriam suã manifestare: magna insperato tẽpore producit: eaq̃ ante multum tẽporis nulla earũ rerũ apparẽte dispositiõe predicit facit: vt ex ꝓphetis veteris ⁊ noue legis apparet Sic ⁊ ego cum peccata omnia viderẽt̄: futuꝝ de ꝑrimo bellũ prenũciaui. Nũc vero qñ orbiꝭ terrarum ĩ turbine est summã tranquilitatẽ ⁊ pacem in vniuerso subsecuturã predico. Et cum se summe felices. Florẽtini existimarẽt/ mala eis vaticinabar. Nunc aũt cum in magnis sũt angustijs / summã felicitatẽ cito ipsiꝭ affuturã denũcio: Itaq̃ hoc primũ signũ ad improbandũ non valet. Alterum signũ forte efficax videri posset: hoc est ꝓpherãtis vita reprehẽsibilis. Et hoc similiter nõ ꝓbat. Nõ: vt dictũ ẽ: nonulli iniq̇ futura vaticinati sũt ex ỽtute ꝓphetici luminis. Hec em̄ est gratia gratiꝭ data: que etiã stãte pctõ mortali haberi põt Demũ nõ apparet quib⁹ fundamẽtis hec sapiẽtia irrido/ ꝑterq̃ eoꝝ supbie imitãt̄: qua illi merito confundentur:

Animaduertere siquidē de-
berēt ꝙ cum hec non īpossi-
bilia: sed verisimilia/ ꝛ cōso-
na sit vt supra declarauim⁹
nō paruū cōfusionis pericu-
luz subeunt ꝛ amittēde glie
discrimē: pro qua oīa faciē-
tes tātū laborāt vbi ea que
ꝑdixim⁹ euenerunt. Uerun-
tamen de illoꝝ incredulita-
te minime timēdum est: cū
dixerit Christus. In iudiciū
ego in hunc mundū veni: vt
qui nō vidēt videāt: ꝛ qui vi
dent ceci fiant. ¶ Tētatoꝛ.
Rari admodū sunt/ qui tibi
credāt in cōparatione eorū
q̄ talia habēt ī derisū. Ideo
durū videtur tā paucorū se-
qui iudiciū. Respōdi. Argu-
mētuz hoc satis friuolū est.
Uidemus enī rectū iudiciū
ꝑpaucorū esse hoīz. Et per-
paucos esse sapiētes ꝑ mul-
titudine īsipiētiū / queadmo
dū scriptū est. Stultorū infi
nit⁹ est numer⁹. Sicut etiaz
pauci bene viuunt respectu
eoꝝ qui male viuunt: quia
multi sūt vocati: pauci vero
electi. Et ī vtroqꝫ testamēto
paucos numero legim⁹ fuis-
se illos qui ꝓphetas/ xp̄z/ et
ap̄los seq̄bant in compara-
tione illoruz qui eos ꝑseque-
bant. Alteri⁹ multū īterest
inter eos qui ex ore proprio
auctoris hec audiūt: ex eis/
qui ex auditorū vel aliorum
relatione instruūtur. Quod
si de auditorib⁹ nostris dixe
ris: incōparabilis est nume-
rus credentium ad numeruz
eorū/ qui nō credunt: immo
fere null⁹ auditorum nr̄orū
est/ qui non credat: sed si ti-
mēdū de aliis disputas/ qui
me nō audierūt: fateor qui-
dez lōge maiorē esse nō cre-
dētiū numerū q̄z credētiuz:
Aliud est enī audire hec ip⁹
pleno spū sētiētē ꝛ ei⁹ viue
vocis īpetū/ ratiōes simul ꝛ
ordinē/ vī v̄boꝝ ꝛ scriptura-
rū cōsonātiā: q̄z audire eū/ q̄
recitat hec ī se minime ipsa
sentientē vel eo spiritu carē
tem/ ꝛ vocē languidam/ ra-
tiones mācas/ ꝛ nullā seriē/
v̄ba arida ꝛ incōposita/ sine
spū/ ꝛ quasi exhalato vigore
mortua. Et ideo recte īquit
sanct⁹ Hieronymus. Habet
nescio quid latētis energie
viua vox: ꝛ ī aures discipuli
de auctoris ore trāsfusa for-
tius sonat. Unde scriptū est
Dabo vobis os ꝛ sapientiā:
cui nō poterit resistere ꝛ cō-
tradicere oēs aduersarii ve
stri. Et de sācto ꝓthomarty
re Stephano legit: ꝙ cum

aduers⁹euz cōspirassent tot
sapiētes disputantes cū eo:
nō poterāt resistere sapiētie
ꝛ spiritui:q̄ loquebatur. Non
itaq̃ mirādū est si auctorē
nō audientes increduli sūt:
cū maxima doctrina Christi
ab origine mundi vsq̃ ad p̄-
sens tēpus semper contradi
ctionē perpessa sit. Propter
qđ plerique detractores vari-
js locis simplicium mentes
facile corrumpūt: non audi-
to siquidem auctore simpli-
ces ipsi leuiter seducuntur.
¶ Tētator. Multi asserūt
plura/q̄ nō euenerūt te pre-
nūciasse: propterea nec reli-
quis a te predictis credunt.
Respōdi. Quicquid de reb⁹
futuris a me publice p̄dica
tū est: aut iam successit: aut
omnino succedet: nec vnū io
ta p̄teribit. Sed notādū est
ꝙ seorsū et priuate loquenti
quoniā homo sum: et tunc lo
quor vt homo: aliqua forte
excidere mihi min⁹ vera po
tuerūt: tamē nulla me hui⁹ rei
cōsciētia vel recordatio ar-
guit. Sēper enim veritatez
eloqui studeo. Si tamē hoc
quādoque contigerit: Aut ex
lapsu lingue: aut de futuris
more humano vt fieri solet:
nō ex spū cōiectando potuit

euenire: Propterea sepe in
pulpito monui ne priuate
cōfabulāti mihi alia fidēs q̄
ceteris hominib⁹ adhibeat:
Exceptis tamen his que de
futuris particularib⁹ super-
no lumine cognitis: parti ad
īpletis partim proculdubio
adimplēdis quibusdā fami-
liarib⁹ meis contuli. Insup
non ignorandū est ꝙ spirit⁹
propheticus non sēp presto
adest ipsis ꝓphet[?]: sed abit/
ꝛ redit ꝓ sancti spiritus vo-
luntate: nec cū p̄sens est oīa
reuelat sed plura vel pau-
ciora ꝓut vult. Sic Nathaz
ꝓpheta edificationē templi
Dauid ex proprio spū suasit
dicēs ei. Omne qđ est ī corde
tuo vade fac: quia dñs tecū
est. Postea iubēte spiritu sā-
cto dictum suum reuocauit.
Sed quidaz stolidi me allo-
cuti iactarunt ꝙ dum mecuz
colloquerētur/eorum cordiū
arcana non nouerim: ac si in-
ferre velīt: ꝙ quilibet ꝓphe-
ta par deo sit: ꝛ omnia noue-
rit. Erratis nesciētes scriptu-
ras neque virtutem dei. Ma
gnus ꝓpheta Helyse⁹ quan-
do ipsum adiuit Sunamitis
cui⁹ obierat fili⁹ ait. Anima
ei⁹ in amaritudine est et do-
min⁹ celauit a me: ꝛ nō īdica

uit mihi. Multi quoqꝫ ad me tẽtãduꝫ accesserũt quoniã iter pdicãdũ dicẽtẽ audierãt: ꝙ astutia sua fallere me nõ possent: nec intelligebãt illis meis ṽbis hoc me voluisse signare: ꝙ scilicet ad pdicandũ incõuenientia suis artibꝰ me inducere nõ possent. Quicquid enĩ in pulpito pronũtio prius in trutina orationũ / ꝛ scripturarum rationunqꝫ naturaliũ: aut experiẽtie: aut fidelissimorũ testiuꝫ librare consueui. Nõ autem id propterea dixerã: quoniã mihi secreta suorum cordiuꝫ celare non possent: quorũ solus deus scrutator est. Et licet multi ĩ rebꝰ alicuiꝰ momenti: vel põderis me decepisse arbitrati sũt: fraudes tamẽ coꝝ sepe anteqꝫ eos audireꝫ: sepe vero post nõ me latuerunt. Cuiꝰ rei testes esse possũt nõ tãtũ aliqui ex domesticis meis: quibꝰ hec secreto cõmisi. sed ipsimet fraudulenti: qui suas machinatiões dissolutas ꝛ dolos detectos fuisse cognouerũt. Hãc tamẽ obiectionẽ parti a nõnullis religiosis licet paucis emanasse reor: quos ex charitate admonẽs de latẽtibꝰ aliqbus ipsorum culpis reprehendi: Quorum aliqui incorrigibiles semper eas negauerũt. Que tamen ex manifestis signis / et iudiciis processu tẽporis plane facte sũt: quã quaꝫ illi nichilominꝰ adhuc pertinaciter ĩ sua proteruia persistunt. Alij vero nonnullis necessariorũ suorum cõfessi sunt me vera eis prodidisse: licet corã quibusdã aliis rursus idipsum erubescẽtes negauerint. Hic etiam error ex calumniatoribus processit mendacia multa fĩgẽtibus verbis nostris subtrahẽdo vel addendo ꝓ arbitrio suo: ꝛ sic tuorum errorũ me auctorem faciũt. Potest etiã hoc ab iis qui me pdicantẽ audierũt derinasse: qui verba nr̃a non acceperũt eo sensu quo ꝓlata fuerũt. Quare necesse michi fuit sepiꝰ eadem repetere. Et hac de causa scribere ĩstitui quicquid de futuris publice pdixi: vt oẽs q̃ pnũcisuerĩ intelligere valeant: ꝛ michi de cetero non ascribantur q̃ ne cogitaui quidem. Et demuꝫ vt sic defendatur a tot calumniis doctrina Christi.

¶ Tẽtator. Existimo ꝙ tibi iam plurimũ cõduceret filꝰ

re:factus es enī populi Florentini imo totius Italie fabula. Respondi: Studium meū est/deo non hominib⁹ placere:q2(vt īquit Apostol⁹) si adhuc hominib⁹ placerez/Christi seruus non essē. Nec sū adeo parui iudicij: vt nesciam oēs qui talia predicāt/a sapientibus huius seculi stultos haberi Quibus cū apostolo dicaz. Nos stulti propter Christū. Uos autem sapientes. Sed illo tēpore quo iusti stabunt in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt/spero me auditurū voces horum sapientum qui sic dicent. Hi sunt quos habuim⁹ aliquādo in derisum ꝛ ī similitudinē improperij. Nos insēsati vitam illoꝝ estimabamus īsaniam ꝛ finem illorum sine honore. Ecce quomodo com putati sūt inter filios dei: et inter sāctos sors illorum est.

¶ Tētator. Si tantūmodo ridicul⁹ fieres:paruipēdendū esset. Sed insuper odio haberis ꝛ ī sūmo vite discrimine versaris. Meli⁹ itaq3 tibi cōsuleres si amodo desineres. Respōdi. Sicut p̄dixi:nō adeo insanio:quin sciaz ꝙ oēs increpare ꝛ nulli hominū cōditioni parcere/est odia cōtra se grauissima cōcitare. Sed tāto magis corroboror:quāto doctrinā/ cepta / et opera nr̄a similiora video doctrine atq3 operib⁹ christi Apostolorūq3 ꝛ sāctorū Prophetarū:q̄ ꝓpter veritatez ludibrio et odio habiti immanes persecutiones perpessi sunt/ꝙ predestinationis diuine signum est dicēte Christo: Beati erit ̄ cū vos oderint homines ꝛ persecuti vos fuerint et dixerit omne malum aduersum vos mentiētes ꝓpter me. Gaudete ꝛ exultate:quoniam merces vestra copiosa est in celis. sic enī persecuti sunt prophetas qui fuer̄t ante vos.

¶ Tentator. Satis iā noui: ꝙ neq3 ex ignorantia neq3 ex fatua sīplicitate peccas. Quoniā taliter obiecta nr̄a soluisti:vt ostēdas te nō leuiter ad dicēdum hec futura moueri. Quanuis autē alia multa oppon̄i possēt:tamen cū plurib⁹ atq3 difficilior ib⁹ respōderis/ facillime cetera cōfutares. Si igit̄ ista sic ex ignorantia non predicas cū ea multis erronea videbāt̄: Sequitur secunduz aliquoruz opinionem:vt dolose ad

conquirendam gloriã/digni tatẽ et opes talia cõfingas. Quod fili mi detestabile esset. Respondi & dixi. Licet me ore pprio iustificare:nõ liceat tamen ne Christi doctria calũnii patiat:qua potero modestia respondebo. Superi⁹ dixi q ppheticum lumẽ nequaq̃ iustũ facit hominẽ:& me quidẽ fateor peccatorẽ/& diuina mia idigẽtez. Sed notandum est hoc verbum dei ad Samuelẽ pphetã. Homo videt q̃ patẽt foris:de⁹ autez intuetur cor. Ideo qualiscunq̃ vita mea sit bona vel mala:sol⁹ deus nõ ali⁹ iudicare habet. Oẽs em̃ nos oportet presẽtari ante tribunal domini nostri Jesu christi: vt referat vnusq̃sq̃ q̃ gessit i corpore. Qui igitur de me ita sẽtiunt/meo iudicio sine fũdamento ducũtur:quia pectoris mei arcanũ et finalem predicatiõis mee intentionẽ rimari non possũt preterq̃ ĩ signis exterioribus. Ex quibus quãtuz capit hominis iudicium in eo q de me mala presumũt/ nulluz possũt educere fũdamentũ. Ni si (vt aiunt) finis meus bonus non est:cũ omne agens agat propter finez necesse fit vt posthabito deo finis p̃dicationis mee sit aliquod temporale bonum. Tẽporalia autẽ bona triplicia sũt. Qr aut sunt extra hoĩem vt sũt diuitie / honores/gloria/potestates/& dignitates Aut ĩtra hoĩez & i pte sensibili / vt robur:sanitas:forma & voluptas. Aut infra ipsuz hominẽ:& i ĩtellectuali parte sicut sciẽtia:eloquẽtia:et alie gratie grat̃ date. Oportet ergo ad pferẽdũ de me tale iudicium (cum eiusmodi hominib⁹ ea que latẽt i corde meo intueri nõ liceat)ipsos aliquod signũ extrĩsecuz ac manifestũ in argumentuz adducere:ex quo me horuz aliq̃d aut oĩa simul appetere cõprobarẽt. Sed nullũ vt reor veruz afferre poterunt. Ni dicere non possunt q diuitias querã:notissimum est em̃ me et cõfratres meos ad paruitatẽ & tenuitatez simplicis victus iuxta rectã normã ordin̄ nr̃i esse redactos: ita vt ciues vrbis hui⁹ testificari possũt nos in nullo p̃ter sobrie vite necessaria sibi esse molestos. Neq̃ potẽtuz & diuitũ amicitia aut familiaritate vtor:imo ĩ predicationibus meis sẽper illoꝝ effre

nat⁊ desiderijs restitisti. Et si sequamur iudiciũ carnis et sãguinis multũ queri de me possent q̃uis secũdũ spiritũ gratias agere deo deberẽt de operib⁹ que p me ipse in eorũ fecit vtilitatem. Rursus obijci michi non potest q̃ honoris ⁊ glorie sĩ appetẽs Nã vt prediximus ⁊ experti sum⁹ in annũciandis futuris / irrisio potiusq̃ honor ac q̃rit / maxime apud Magnates / apud quos aĩales homines ⁊ mundani sapiẽtes existimationẽ ⁊ gloriã adipisci conantur. Si quis em̃ ĩ gloria ⁊ honore finez cõstituat: ipsũ hec q̃rere apud inopez et ĩfimaz plebẽ vnde nichil emolumẽti sperari potest ⁊ a potentibus ludibrio ⁊ odio haberi sũme demẽtie esset Nec me ad dignitates ecclesiasticas aspirare dici rationabiliter potest. Nã scit qua via nr̃is temporib⁹ ad eas perueniatur. Ego autẽ eius oppositũ in predicationib⁹ meis seruaui: sẽper tamẽ generaliter ac de ijs q̃ publice patẽt locut⁹ sum nec quẽ q̃ particulariter aut nominatĩ vel per tales circũstãtias q̃ vnũ aliquẽ possent taxare notaui. Et nichilomin⁹ odiũ poti⁹ q̃ beniuolentiam eorũ ad quos eiusmodi dignitatũ collatio spectat aduers⁹ me cõcitaui. Nõ tñ idcirco ad illos recõciliandos ⁊ blãdiẽdos adduct⁹ sum: q̃d nõ obseruãt q dignitates p̃curãt. Adhuc ĩ bonis corporeis fũdamentũ sue opinionis habere non possunt. Non enim vacare possẽ voluptatibus qui id palam fieret maxime confratrib⁹ meis qui quotidiane vite mee arbitri / mos labores mẽtis ⁊ corpor⁊ optime nouerũt. Quod si q̃s nosset q̃ laborioũ sit vt cetera omittam solum predicandi on⁹ tot ãnos ĩ eadẽ ciuitate continuum: presertim cum intentione fructũ afferendi ⁊ desiderio salutis aĩaꝝ: lõge aliter sẽtiret: ⁊ quãuis forte min⁹ licere videatur cuiq̃ de se ⁊ de vite sue morib⁹ loq: tamẽ hoc michi ĩ p̃sentia cõcedatur et p̃ respõsiõe sufficiat: q̃ nichil in me deprehẽdi põt p̃pter quod predicationes meas ad finẽ bonoꝝ corporis / me ordinare iudicare liceat: ⁊ ideo inaniter loquũtur. Ceteꝝ in parte intellectiua fũdari nequeũt: asserentes finem predicationuz meaꝝ esse ostẽtationẽ sapiẽ

cie z eloquētie. Omnib⁹ eñ liquido constat q̄ simpliciter pdicē:q̄ q̄ sapiētie z eloquē tie fucos pror⁹ deuitē. Ne q̄ ego ista laudis mee grā dixi:q̄r in cōspectu dei i hoc non sū iustificatus. Sed vt ostendā calumniatorib⁹ do ctrine nr̄e immo christi eos sine fūdamento moueri:z iu diciū cordis qd̄ soli⁹ dei pro priū est sine euidentibus si gnis sibi arrogare:q̄ si tamē i laudes meas icidisse vide bor/cū Apostolo responde bo. In isipiētia dixi z isipiēs factus sū:vos me coegistis. ¶ Tētator Miror q̄ mali cie tue si⁹ na exteriora z ma nifesta neges apparere quā doquidē oīb⁹ inotuit te a cō gregatiōe obseruātie fratrū Lobardie separatū:isup se gregasti cōuētū sācti Mar ci Florētie z sācti Dñici Fe sularū et alia loca eis anne xa/ne obediētie subesses:ac veluti dñs durāte vita prio ratū tibi vēdicasti z hoc mo do pulchrū statū ad gaudē dū cōparasti. Respondi. Se parationē hāc solus ego fa cere nequiuissē absq̄ cōsen su fratrū cōuentuū pdicato rū qui plures q̄̄ cētū licet nō vno tēpore cōuētu. s. sā cti Marci puenlēte cōsēse rūt in vnū. Ut ex publico pa tet istrumē to. Hiq̄ oēs non existimandi sūt tā stulti aut mali qui discernerēt vtrum hec segregatio laudabilis/ vel dānabilis foret:cū maxi me pl⁹ sex mensibus hac de causa deuotas ad deū pces quater z quiquies i die ōgre gati celebrarent. Et ex effe ctu manifeste apparet sepa rationē hāc nō ad relaxatio nē sed ad restrictionē itēdis se. Nō enī ppterea a pfessio ne nr̄e obediētia declinam⁹: cui⁹ forma est:q̄ promittim⁹ obediētiā deo Vgini Marie z sctō dñico z magistro Ge nerali toti⁹ ordinis seu Prio ri aut alicui p̄sidēti gerenti locū Generalis. Ita q̄ pfes sio nr̄a obligat nos obediē tie Generalis:nō autē ōgre gationis Lōbardie. Et nos ita separati obediētie ipsi⁹ generalis subiecti sum⁹. Pro uincia vero etrhuscie iuxta nr̄as ōstitutiōes diuisa est. Prouīcia Lōbardie. Et vna naturaliter nō preest alteri. Sed olī cū ppter grauē pe stē/conuentus sancti Mar ci legitimo fratrū numero destitut⁹ sibi nō sufficeret re gimini cōgregatiōis Lom

bardie spōte se cōmisit. Nūc diuina gratia suppetante copioso fratruȝ numero ita vt sibimet gubernādis abūde sufficiāt / non est inconueniens ꝙ ad consuetum statum cōuēt⁹ ideȝ legitime redierit: q̄a cessante causa cessare debet effect⁹: ꝑserti cū mores Lōgobardorum ⁊ Thuscoꝝ inter se satis differant. Quod autē me priorem ꝑpetuuȝ statueri: alienū est a vero. Immo pōtificiū breue segregatiōis / mea opera ita īpetratū est. Ut scilicet prior expleto āno a die electionis sue cass⁹ ⁊ absolutus remaneat: et in arbitrio fratrū sit eligere quē ipsi maluerit. Quod annuatī obseruatur. Hoc insuꝑ anno institutus est per bienniū vicarius caput toti⁹ cōgregationis nostre: ita vt exacto biēnio cedat aliis et subdit⁹ sit more ceteroꝝ fratrū salteȝ ꝑ integrū sequēs biēniū: ⁊ tali ordine res sine dominādi facultate succedūt. Nēpe qui dominatiōis ābitu obediētiaȝ deserit: non se arctiorib⁹ regulis alligat. Sed liberiorē vitā q̄rit luxuiq̄ȝ esus et pot⁹ ⁊ indumēti dat operā / ac letā vitam ducit. Que in nostra cōgregatiōe minime cōspiciūtur. Sed reuera maxima concordia ⁊ charitas: q̄ cū ambitione non cōueniūt. Quia scriptuȝ est. Inter superbos semper iurgia sunt. Sed quia prolixū nimis esset afferre causas q̄ me ad separationē hāc iduxerūt sola hec dūmodo credatur ad ꝑsens sufficiat. Ueruntamen siue credatur siue nō credatur: eaȝ minime pretermittā sciens ꝙ coram deo veritatē dico ⁊ nō mentior. Nulla me ad hāc separationē ābitio nec voluptatis aut q̄etis corporalis studiuȝ impulit. Sciunt eni cōfratres Lombardi ꝙ neq̄ȝ honoris / neq̄ȝ q̄etis copia michi ī Lōbardia deerat. Sed diuine fuit voluntatis vt ita facerē. Et eodē lumine quo cetera futura ꝑ dixi: hanc quoq̄ȝ separationē aggress⁹ sū. Sic deus voluit: sic inspirauit: sic īpulit statuēs multa ꝑ nos ī partib⁹ Ethruscis operari / ꝑcipue Florētie. Quoꝝ aliqua iā facta perspexim⁹: reliqua breui ꝑspiciem⁹. Que nō nisi ꝑcedente separatione predicta fieri potuissent.

¶ Tentator. Si hoc diuine volūtatꝭ esse sciebas. Quid

op⁹ erat vt mendicatis secularium et humane potentie suffragijs pontificium breue ob separationē istam procurares?Respōdi. Cum Deus aliquid monet faciendū nihilomin⁹ vult pro conditione tēporum experiētia media tētetur. Sic ergo presētis tēporis ratio postulabat. Voluit quoque Deus difficultatem contradicentium maximā nobis opponi:vt se hui⁹ rei auctorem non homines isse indicaret. Testesque habeo cōfratres meos queadmodū in illa summa disceptatione ipsos exhortando sepe ita confirmabam : q scilicet si totus orbis nobis obsisteret:de victoria tamen securi essemus:asseuerans hāc esse dei voluntatē/sicuti denique demōstrauit effectus.

¶ Tētator.Hoc vnum tuas inficit responsiones : quoniā te statui et regimini ciuitatis Florentie iplicas:et videris appetere principatū quo tibi libet populum trahendo. Respondi.Quicunque me nouerūt:sciunt q antehac semper huiusmodi negocijs publicis abstinui:hac vice dūtaxat excepta. In nouo enim Florētine ciuitatis statu et in sūmo ei⁹ periculo videbatur officij mei esse cōsulere quomodo ea gubernanda foret. Nec tamē sine diuina īspiratiōe publice saluti vtilia et necessaria ciuib⁹ suasi:nō autē eos coegi. Postq vero bona regendi forma suscepta est/nouerīt oēs me postremo docuisse:vt ante oīa dei timorē sēp sibi pponāt:et ī cūctis rebus grauibus tractādis priusq aggrediātur orationes fieri pcurent:nec ad me vlterius veniant.Cupio enī ociū tranquillitatis mee sequi:nisi interdum Deus aliter īspirauerit vel me charitas ipsa coegerit:neque enim ab officio cōsulēdi requisit⁹ desistā. Null⁹ autē iuste qd hacten⁹ egi :carpere potest dicēdo forsitan. Nemo militans deo īplicat se negocijs secularib⁹ vt ei placeat cui se probauit:ī rebus enim tāti pōderis/atque etiam minoris plures sācti viri et potestatum et dominorum/populorumque curam pie suscceperunt:vt notum est sacrarum hystoriarum lectorib⁹. Unde etiam sancta Katherina Senēsis non obstāte muliebri sexu sepe pter cōmune bonum se publicis rebus in

terposuit: immo in tantū vt pro Florentinis ad summū pontificem Gregorium xi. A unionē vsq;: nec multo post ꝓ pontifice ipso ad Florentinos legationem susceperit: Hoc pacto Respublicas tractare propter pacem vniuersalē ⁊ propter homines ad iusticiā ⁊ bonos mores inducēdos: ac deniq; ꝓpter cōmunem aiarū salutem nō est se rebus secularibus iplicare (nec sic illa apostoli ꝟba sūt iterpretanda) sed est spirituales/ ac diuinas res populi procurare: vnunquodq; em̄ secundum philosophum dinominari a fine suo iustum est.

